fuerunt, præſtare cogendi non e-runt,[a] cum actionem inferre[b] non potuerunt.

Tutor inutiliter datus, gerens poſtquam alius fuerit datus legitimè, non tenetur. Bartolus.

Curator à patre teſtamẽto datus,[c] impuberis negotiis ſe per errorẽ immiſcuit: poſtea à prętore tutoribus aliis datis, periculũ futuri temporis ille[d] qui poſtea nihil geſſit, non præſtabit. Qui ſe negotiis impuberis nõ iure[e] tutor datus, ſecundum patris volũtatem immiſcuit: errore comperto tutorẽ à prætore conſtitui cõſultius petet: † ne fortè ſi rem cœptam deſeruerit, † fraudis vel culpæ[f] cauſa cõdẽnetur. Non idẽ[g] ſeruatur ſi quis vltro negotium alienum geſſerit,[h] cum ſatis abũdéque ſufficiat vel in vna ſpecie per amici laborẽ domino cõſuli.

Ea quæ ſunt agẽda cum perſona pertinent ad tutorem eius regionis vnde eſt perſona: & ea quę ſunt agenda in rebus, pertinent ad tutorem eius regionis vbi ſunt res. Bartolus.

Heres[i] inſtitutus qui non habuit[k] ſubſtitutũ, prius quàm hereditatem adiret quam impuberi reſtituere debuit, vita deceſſit.[l] cum hereditas in Italia eſſet, ſcriptus autẽ heres in prouincia vita deceſſiſſet: tutores prouincialiũ rerum culpæ nomine condemnandos exiſtimaui, ſi cauſam teſtamenti non ignorantes, vtilitatem impuberis deſeruerunt.[m] nã hereditatis in prouincia fideicõmiſſo reſtituto,[n] cauſam quidẽ iuris expediri potuiſſe: rerum[o] autem adminiſtrationẽ ad eos[p] recidere debuiſſe, qui tutelam in Italia ſuſcepiſſent.

Qui contraxit cum tutore tanquam cum priuata perſona, poteſt conueniri, licèt pecunia ad pupillum peruenerit. Bartolus.

Aduerſus tutorem qui pupillũ hereditate patris abſtinuit,[q] a-
B ctionẽ denegari non oportet creditori, qui cum ipſo tutore contraxit,[r] quamuis tutor pecuniã in rem impuberis verteret.

Sublata cauſa cautionis interponẽdæ, tollitur effectus cautionis interpoſitæ. Bartolus.

Curatores adoleſcentis mutui periculi[ſ] gratia cautionem † inuicem ſibi præbuerunt, & in eam rem pignora dederũt. Cũ officio depoſito ſoluendo[t] fuiſſent, irritam cautionem eſſe factã, & pi-
C gnoris vinculũ ſolutũ apparuit.

Periculum temporis currentis pendente appellatione fruſtratoriè interpoſita, ad periculum tutoris pertinet. Bartolus.

Tutor datus aduerſus ipſam creationem[u] prouocauit. heres eius poſtea victus, præteriti temporis[x] periculum pręſtabit: quia non videtur leuis culpa cõtra iuris auctoritatem mãdatum[y] tutelæ officium detrectare.

Tutor vniꝰ ꝓuinciæ rectè petit curatorẽ cõſtitui ad cauſam quæ
D in alia prouincia agitatur. Bart.

Rerum prouincialium tutores in vrbe[z] cauſas appellationis impuberum agentes, rerum Italicarum curatores[a] vt impuberibus conſtituantur, ad officium ſuum reuocare debent.[b]

a Non erunt. tempore depoſiti officij. ergo inſpicitur ſi ſint idonea nomina, vt hîc, quia exactio eorum non erat cõnexa prioribus. ſic
A & in collega: vt. C. de proba. l. ex perſona. & . j̃. eo. l. Æmilius. in ſeruo iuſſo reddere rationes tempore contracti mutui, argu. contra. j̃. de condi. & demon. l. antepe.

Experiri nemo poteſt ſine actione.

b Inferre. nemo enim poteſt ſine actione experiri: vt. s̃. eodẽ. l. quoties. §. itẽ ſi temporali. non ergo eſt eis imputãdum, niſi eſſent coniunctæ perſonæ: vt. s̃. de neg. geſt. l. ſi nautem.

c Datus. imò curator debuit cõfirmari: vt inſtitu. de cura. §. j. ſed forte non debuit: vt. s̃. de teſta. tut. l. pater. in fi. & de confir. tut. l. vtilitatẽ. & . l. in confirmando.

d Ille. ſcilicet curator.

e Non iure. quod dic vt s̃. de confir. tut. l. ij.

f Vel culpæ. ſi alius geſturus erat omnia: vel ſi nõ certiorauit neceſſarios pupilli: vt. j̃. de eo qui pro tut. l. j. §. fi.

† Glo. in. c. niſi cum pridem. ſuper verbo, ſed dumtaxat. adducit hũc §. in argu. quòd nullus epiſcopus pro nullo crimine poteſt renuntiare epiſcopatui. extra de renun. vide gl. illã.

g Non idem. & verè nõ idem: quia nec omnia in eodẽ ſtatu petuntur. & quia ſupra acceſſit quaſi omnia geſturus, & per errorẽ: hîc quaſi vnum, & ex certa ſciẽtia. Si autem hic quaſi omnia geſturus accedat, vel quaſi vnum, ſed tamẽ alius erat omnia geſturus, tenetur de omnibꝰ: vt ſupra de nego. geſt. l. ſi pupilli. §. fin. & l. ſed cum aliquis. Accurſius.

† In hãc ſententiã Cic. in orat. pro Roſc. Amer. vbi de iudicio mandati diſſerit.

h Geſſerit. & perfecit, & alia deſeruit. & facit. C. de neg. geſt. l. tutori. & s̃. de procura. l. qui proprio. §. j. & . s̃. proxi. §.

Caſum ponit.

i Heres. pupillus habebat quatuor tutores, inter quos erat adminiſtratio diuiſa per iudicem vel teſtatorem, vt duo in prouincia, & duo in Italia adminiſtrarent. contigit quòd quidam Italicus homo inſtituit heredem quẽdam prouincialem: & rogauit eum de reſtituẽda hereditate dicto pupillo. tutores prouinciales debent cogere inſtitutum adire, & reſtituere verbo: vt ita Italici poſtea adminiſtrent: quod non fecerũt: & inſtitutus interim deceſſit ſine herede: & ſic extinctum eſt fideicommiſſum. certe huius culpæ nomine tenentur tutores prouinciæ. Accurſius.

k Non habuit. ſi enim habuiſſet, à ſubſtituto eſſet præſtandum fideicommiſſum: vt. C. ad Trebel. l. non iuſtam. relicta enim ab inſtituto videntur repetita à ſubſtituto: vt infra de leg. j. licet. & de leg. ij. l. cum pater. §. ab inſtituto. Arg. contra infra de leg. iij. l. j. §. fi.

l Deceſſit. & ſic euanuit fideicommiſſum: vt ſupra de teſtamen. tut. l. ſi nemo. & infra ad Trebel. l. ille à quo. §. j. ſed ſi adiiſſet, & ante reſtitutionem deceſſiſſet aliquo herede relicto, non euanuiſſet: ſed eius heres cogeretur reſtituere: vt infra ad Trebellia. l. ſi eius. §. ſi quis autem. at nullo relicto ipſo iure tranſeunt actiones. vt. C. ad Trebellia. l. ſancimus. §. finali ſi autem heres inſtituit heredem, ſed non vult, ſcilicet heres heredis adire: an poſſit cogi adire? Reſpon. vt nota. C. de fideicommiſ. l. eam quam.

m Deſeruerunt. nam debuerunt cogere adire & reſtituere verbo: vt infra ad Trebellia. l. reſtituta. vel ſaltem adire, vt non deficeret fideicommiſſum: vt dictum eſt. Accurſius.

n Reſtituto. id eſt petito reſtitui cauſam, &c. id eſt de iure potuit peti in prouincia vt cogatur adire & reſtituere verbo, cum erat prouincialis heres qui cogebatur: aliàs non: licèt ſit argu. contra infra ad Trebel. l. ſi legatus. in princip. ſed ibi Romæ cogebatur legatus, vbi eſt communis patria & forum: vt infra ad municip. l. Roma. Item ſecundum hoc nõ eſt contra ſupra eod. l. vel in partes. & infra eo. l. Titium. §. tutores. Et not. quòd hîc fit reſtitutio pupillo tutore auctore: vel etiam ſoli tutori cum pupillus eſt infans vel abſens: vt C. ad Trebel. l. ſancimus. in princip. & infra ad Trebel. l. reſtituta. §. fin. & . l. ſeq. & . l. ſed nec. & facit ad. §. C. man. l. ſi maritus. & de pericu. tuto. l. ij. Accurſius.

o Rerum autem. diuiſa ergo erat adminiſtratio.

p Ad eos. tutores.

q Abſtinuit. ſic accidit de facto. vel ideo dicit, quia nõ vult pupillũ teneri. aliàs tenetur quãdo eſt verſa in rem ſuã: vt. j̃. dicit. vel qui: id eſt quia; ſecundum Azo. Accurſius.

† Quæ debet fieri per pu. inſtrumẽtum. Bar. in. l. 2. in prĩ. 4. col. s̃. ſol. matri. & quid debet in ea interuenire, vide Auto. Corſe. in ſingu. ſuis in ver. tutor. incip. tutor debet in inſtrumẽto. de quo vide quod dixi in apoſtil. ad. l. 1. in ver. gerere. s̃. eo. tit.

r Contraxit. nõ cum patre pupilli. Argu. contra. s̃. eo. l. ij. & dic cum tutore, nomine & contemplatione tutoris tãtùm. & ſic ſolus tutor tenetur: vt. C. ſi. cer. pe. l. eum qui. & . C. ſi tut. vel cura. l. pe. ſed & ipſe pupillus cõueniri poteſt cum ratum habet, vel pecunia eſt in rem eius verſa: vt. C. quod cum eo. l. ei qui. in fi. ſi autem nomine & contemplatione pupilli tãtùm, ſolus ipſe tenetur: vt. s̃. de neg. geſt. l. ſi pupilli. §. j. ſi contemplatione vtriuſque, vterq; tenetur: vt ibi not. & facit. C. quando ex fac. tu. l. iij.

ſ Mutui periculi. vt ſi vnus ex perſona alterius damnum patiatur, alter ei reſtituat vel refundat. Hug.

t Soluendo. quia iam alter pro altero cõueniri non poteſt: vt. C. de di. tu. l. j. & de proba. l. iij. & . C. in qui. caſi. tu. ha. l. fi.

u Creationem. id eſt, ſententiam reprobantem eius excuſationem: vt. C. de excu. l. quanquam. non ab ipſa creatione: vt. j̃. quando ap-
E ſit. l. j. §. ſi quis tutor. aliud in aliis muneribus vbi ab ipſa creatione appellatur: vt. C. de appella. l. hi qui. Accurſius.

x Præteriti temporis. non futuri: quia finita eſt tutela eius morte: niſi in connexa adminiſtratione: vt. s̃. eo. l. à tutoribus. §. j. & infra de heredi. tut. l. j.

y Mandatum. ſcilicet iniunctum. & fa. ſupra de rit. nup. l. ſi quis. §. quid ergo. & ſupra eod. l. tutor vel curator. & infra de appel. l. imperator. §. ſi magiſtratus. & infra ſi tutor vel cu. appel. l. j. & ij. Accurſius.

z In vrbe. Romana, per excellentiam: vt inſtit. de iur. na. §. ſed ius.

a Curatores. non ergo dicit tutores: quia tutorem habenti, non &c. vt ſupra de teſtamẽta. tute. l. idem fiet. ſed certè & tutores dari poſſunt: vt. C. in qui. caſi. tut. ha. l. propter. & facit ſupra eod. l. qui ſe. & infra de eo qui pro tu. l. j. §. finali. & ſupra eodẽ l. ita autem. §. ſi tutor. Accurſius.

b Reuocare debent. ſcilicet illi prouinciales tutores. Accurſius.

alioquin ſi prius in prouinciam redierint, dolum aut culpam eorum in ea quoque parte rectè iudex conueniet.[a]

Tutor datus certæ regioni adminiſtrat ea quæ tempore adminiſtrationis erant eiuſdem regionis. Bartolus.

B Patruus teſtamento fratris filio tutor datus, cum in Italia domicilium haberet, tam Italicarum rerum quàm prouincialium adminiſtrationem ſuſcepit: atque ita pecuniam ex venditionibus[b] Romæ refectam,[c] in prouinciã traiecit, & in Kalendarium[d] pupilli conuertit.[e] tutor in locum eius Romæ[f] ſubſtitutus, adminiſtrationem pecuniæ quæ non pertinet ad tutelam ſuam, ſuſcipere non cogitur.

Procuratores tenentur inſolidum vt tutores. Bartolus.

C Curatores teſtamento vel tutores inutiliter[g] dati, neque decreto prętoris cõfirmati, negotia geſſerunt. vice mutua[h] periculum præſtare coguntur: cum officium ſponte[i] citra iuris adminiculũ[k] iniuerint:[l] & qui[m] fuerit idoneus, decretum prætoris curatores vel tutores cõſtituentis implorare debuerit.

Vnus heres nõ tenetur ex perſona ſua, ſi non exegit heredem alterius tutoris. Bartolus.

Tutoribus idoneis diem functis,[n] vice mutua periculum[o] ad heredes eorum non redundat: quod non habuit locum officio tutelæ manente.

Primò tenetur gerens, quàm non gerens pro geſtis: pro neglectis quilibet æqualiter. Barto.

B In eum qui tutelam gerere noluit,[p] poſt cæteros qui geſſerũt, actionem vtilem tutelæ dari placuit. Quod tamẽ ex tutela non puenit ad eos qui ſe negotiis miſcuerunt, ſed cõmuni neglegẽtia periit: citra ſubſtitutionis ordinẽ æqualiter[q] oĩm periculũ ſpectat.

Quamuis finita tutela cauſa cœpta poſſet peragi per tutorẽ: non poteſt tamẽ agi iudicati per eum. Bartolus.

C Tutores pubere pupillo cõſtituto, litem appellationis inchoatam iuſſu conſulũ ob notitiã rei perfecerunt.[r] Cum iudicatum[ſ] perſequi non potuerunt, periculo culpæ non ſubiiciuntur.

Pupillus factus maior poteſt tutoribus, ſi damnum fecerint, partem damni vel totum conuẽtione remittere. Bartolus.

Ab eo qui reſtitutionis auxilio non iuuatur,[t] quæſtio culpę tutorum conuentione remitti poteſt: nec donatum,[u] ſed D tranſactum[x] videtur. Neglegentiæ[y] tutorum periculo[z] no-

a *Conueniet.* id eſt admittet conuentionem quam ſuper ea culpa faciet minor.

b *Venditionibus.* rerum Italicarum, vt aliqua ſit dubitatio.

c *Refectam.* id eſt redactam.

d *Et in Kalendarium.* id eſt in librum in quo ſcripta ſunt nomina prouincialia. Accur.

e *Conuertit.* quod potuit: quia loco domini habetur: & generalis erat tutor, licèt alius fuerat adiunctus. Accur.

f *Romæ ſubſtitutus.* ad bona Italica, quod fieri poteſt: vt infra de excu. l. propter. §. fin. & ſupra eodem. l. quoties. §. conſtat.

g *Inutiliter.* quia in teſtamento non iure facto, vel non vt lege pręcipitur: vel dicas à matre: vt ſupra de confir. tu. l. j. & . ij. vel à filio emancipato: vt inſtit. de tut. §. fin. vel codicillis teſt. non confirmatis: vt ſupra de teſta. tut. l. iij. Accurſius.

h *Vice mutua.* & in ſolidum, vt ſic etiam altero non ſoluẽte alter teneatur in totum. Accu.

i *Sponte.* q. d. quia inſolidum vt curatores obligare ſe volunt.

k *Iuris adminiculum.* id eſt nulla facta diuiſione adminiſtrationis per teſtatorem vel iudicem: quia tunc pro partibus: vt. C. de diui. tut. l. ij. §. j. vel dic adminiculum iuris, id eſt cum de iure dati non eſſent, & ſic nõ tenebantur gerere. Accurſius.

l *Iniuerint.* aliàs iniuerint, id eſt adminiſtrare cœperint. aliàs intulerint: id eſt inſpexerint. aliàs inuenerint: aliàs, interuenerint.

m *Et qui.* id eſt vnus de prædictis datis inutiliter debuit petere confirmari, & ſuper hoc implorare officium prætoris. ſic & ſupra de confir. tu. l. naturali.

n *Functis.* aliquo tempore. & eſt poſt depoſitum officium.

o *Periculum.* ſcilicet quòd vnus pro altero conueniatur, ad heredes eorum non redundat: quia nec ad ipſos tutores ſi viuerent redundaret, ſi fuiſſent ſoluendo tempore depoſiti officij: licet fortè modò cum decederẽt, vnus eorũ non ſit ſoluendo: vt. C. de di. tu. l. j. Et ſecundum hoc quod ſubiicit, quod non &c. ſcilicet quòd heres vnius non teneatur pro herede alterius, non habet locum quando deceſſerunt durante tutela: quia tunc heres vnius cõuenitur pro herede alterius: ſicut ecõtra. s̃. eo. l. à tutoribus. §. heredibus. quia & ad eos cum deceſſerunt, totũ ſpectabat periculum. Vel aliter bene dico heredẽ vnius pro herede alterius non teneri, quòd, id eſt quia hoc periculum non habuit locum, id eſt non cœpit minuere durante officio: & ſic in fine depoſiti officij non erat: ſed bene erat ſoluendo: vt. C. de di. tut. l. j. quod ſatis in idẽ recidit. Vel dic ſecundò, nõ redundat periculum ſcilicet vt heres vnius tutoris teneatur ex ſua perſona, ſi nõ exegerit heredẽ alterius tutoris: quia finita eſt tutela: vt. j̃. eo. l. cum poſt. in prin. & quod dicit, quod non &c. id eſt quod periculum non cœpit durãte tutela. An autẽ vnus contutor ab altero debeat exigere? Reſpõ. non: vt ſupra eo. l. cum plures. in princi. niſi fiat non ſoluendo: quo caſu remouetur: & poſtea conueniri debet, ſecundũ Azo. Item tenetur tutor ſecundũ Azo. ſi non exigat heredem contutoris: vt infra ea. l. § tutor.

p *Noluit.* contumacia vel malitia: ſecus ſi errore: vt infra de excu. tu. l. qui teſtamentum.

q *Æqualiter.* niſi quod ex communi negligentia periit, fuerit ex appendiciis eorum quæ geſta ſunt: vt infra eo. l. tres tutores. §. item A in eo. & facit ad hoc infra rem pup. ſaluam. fo. l. non quaſi. §. j. & C. ſi tutor non geſ. l. ij. & . C. arbi. tu. l. cum interdictæ.

r *Perfecerunt.* antequam redderent rationes: vt. j̃. de appel. l. tutor. facit in eo. ti. l. negotiorum. §. j. & . C. vt cau. poſt pub. l. j. & . C. arbi. tu. l. tutor poſt & ſupra eo. l. ita autem. §. ſi tutor.

ſ *Iudicatum.* id eſt actione in factum agere non potuerunt. nam nõ eſt connexa ſicut cauſa appel. nam nec procurator qui obtinet, agit iudicati: vt. s̃. de procura. l. ſi procurator.

t *Non iuuatur.* quia maior: & ſubaudi, maximè. nam & minor curatorem non habẽs, vel habens eo auctore poteſt trãſigere, licet læſus reſtituatur: vt. C. ſi aduer. tranſa. l. j. & . ij. Secus ſi ſine eo, quia ipſo iure non valet: vt. C. de in inte. reſti. mi. l. ſi curatorem. Et ad caſum ſubauditum per verbum maximè, cõuenit quod dicit, nec donatum &c. quia minor non poſſet tranſigere animo donãdi: ſicut nec eius curator: vt. C. de pac. l. pactum curatoris. & . s̃. e. l. tutor ad. niſi fiat bona fide, ſciens nihil ſibi deberi, vel non habeat probationes: vt. C. de tranſa. l. præſes. & . s̃. de iureiur. l. iuſiurandum. & . l. tutor. Vel dic non ſub. maximè: & ſic in maiore tantum dicat. Item quod dicit conuẽtione, non gratuita, ſed aliquo dato &c. vt habetur. C. de tranſa. l. tranſactio. ADDITIO. Pro intellectu iſtius gloſ. dic quòd maior factus poteſt liberare tutores vel curatores ſine dubio: vt hîc. exiſtens minor non poſſet liberare ex cauſa donationis, ſed trãſactionis ſic ſi fieret bona fide: vt. d. l. præſes. & . l. tutor. aliàs ſecus: quia poteſt reſtitui per titulum. C. ſi aduer. tranſact. hodie verò valeret iſta remiſſio cum iuramẽto: vt no. j̃. de contra. iudi. tu. l. iij. §. contrarium. ſecundum Bart. hîc.

u *Nec donatum.* quia tunc non valeret in minore. Vel dic in maiore non donatum: quia aliquo dato, &c. vt dixi. & ſic nõ eſt donatio: vt infra de dona. l. j. in principio. Accurſius.

x *Tranſactum.* aliquo dato vel promiſſo vel retento. aliàs propriè non poſſet dici tranſactio: vt. C. de tranſact. l. tranſactio.

y *Negligentiæ tutorum.* id eſt negligentibus tutoribus.

z *Periculo.* Paterfamilias fecit nomina ſub maioribus vſuris, quàm E frequentarentur in regione, legitimæ tamen erant: quo defuncto pupilla herede tutor datus neglexit exigere: & facti ſunt debitores non ſoluendo. nunc pupilla finita tutela agit contra tutorem, quod poteſt: vt. C. eo. l. debitoribus. debet ergo ipſa cedere actiones inanes tutori, & eius periculo. Et ſecundum hoc dic pater, ſcilicet pupillæ: & verbum, adſcripta, eſt vna dictio. ſed vſuras iam exactas retinet ipſa pupilla. Vel ſecundò, Titius pater Sempronij mutuauit nomine cuiuſdam pupillæ cuius tutor erat, pecuniam pupillæ. & ſic directæ actiones pupillæ quæſitæ ſunt: vt ſupra ſi cer. pe. l. certi condictio. §. ſi nummos. & ſecundum hoc, adſcripta pupilla, ſunt caſus ablatiui abſoluti. licet hîc quidam ſcripſerunt quòd ad ſcripta, ſunt duæ partes. ſed quod eſſet ſuppoſitum verbi, cogitur? cum ergo pupilla nolit habere rata, vtpote non idoneæ perſonæ mutuata: cedet tutori vel heredi actiones inanes: vt. C. ſi cer. pet. l. ſi abſentis. & recipiet ſolutionem ab eo: vt. C. arb. tu. l. ij. Et quod de vſuris dicit: dic quòd retinet pupilla

UNED

pilla quaſi ex ſua re. vel dic. retinet tutor vel eius heres: quia in totū debet pupilla approbare vel reprobare: vt ſupra eod. l. cum quæritur. Accurſius. A

a *Kalendarij*. dic hîc vt infra de lega. iij. l. qui filium. in fin. Accurſ.

b *Non tranſtulerunt*. i. non fecerunt ſibi reddi rationem, & reliqua.

c *Retinet*. non tamen agit nunc cura perſeuerante: vt ſupra eo. l. actus.

d *Conſumptum*. aliàs cōſumptum, aliàs conſultum. & facit. C. de ſuſpe. tu. l. ij.

e *Vt*. id eſt, ſicut. & facit. C. de diui. tut. l. j. & ij. & facit. j. eo. l. Æmilius.

f *Idem*. ſcilicet tutor. nam poteſt vnius tutela finiri, & alterius durare: vt quia alter adoleuit, vel legitimæ ætatis eſt factus: vnde hoc caſu differt teſtamētarius à datiuo: vt. inf. de tut. & ra. diſtra. l. ſi tutor. §. j. & facit ſupra ſolu. ma. l. nuptura. Sed arg. cōtra infra de Carbo. edi. l. iij. §. ibi.

g *Cæpit*. adoleſcens, ad quod debuit habere. xx. an. licèt hodie ſufficiat minus: vt inſti. qui ma. non poſſ. §. eadem. & C. qui ma. non poſſ. l. ſi minor. & authen. ibi poſita. Aliàs dic etiam ante. xx. an. ſed fuit vna de cauſis ibi poſitis. Et ſecundum hoc dic cœpit adoleſcens: vel cœpit manumiſſus: & dices eum manumiſſum, vt ſit procurator: vt eo. §. inſtit. qui ma. nō poſſunt. Accurſius.

minum quæ pater vſuris maioribus fecit, adſcripto: pupilla quidem actionem Kalendarij [a] pręſtare cogitur, exactas autem vſuras tutelæ tempore citra vllam compenſationem retinet.

Per actionem propoſitam contra tutores non tollitur actio cōtra curatores, niſi quatenus eſt exactum. Bartolus.

Adoleſcens tutoribus conuentis à quibus totum ſeruari nō potuit, aduerſus curatores qui tutelam ad ſe neglegentia non tranſtulerunt, [b] integram actionem retinet. [c] neq; enim tutelæ iudicio cōſumptum [d] videtur, quod alterius officij querelam habuit.

Tutori imputatur negligentia. ſi heredem contutoris non conuenit: ſicut ſi contutorem ſuſpectum facere neglexerit. Bartolus.

Tutor qui tutoris idoneum heredem conuenire pupilli nomine noluit, damni vicarius ſubſtituitur, vt [e] is qui non idoneum tutelæ tempore ſuſpectum facere ſuperſedit. Tutelæ iudicium ideo differri non oportet, quòd fratris & coheredis impuberis idem [f] tutelam ſuſtineat.

Quod de peculio ſerui actoris quem adoleſcens poſtquam res ſuas adminiſtrare cœpit, [g] manumiſit, retinuit, aut retinere potuit: [h] in ratione reddenda [i] curatori per iudicem accepto feretur. [k]

h *Retinere potuit*. ſed maluit ei donare. Azo. Sed nonne malè fecit curator qui permiſit manumittere, & ei peculium concedere: vt. C. ſi aduer. lib. l. quos retrahi? Reſpon. ibi fuit curator manumiſſus. Vel expone ibi, culpa vel fraude, id eſt, fraudulenta culpa: vt ſic leuis non veniat hoc caſu: vt hîc. ſed lata ſic: vt ibi, & ſupra eod. l. tutor qui. §. cōpetit. Vel erat maior. xxv. an. quia dicit, cœpit adminiſtrare: vt ſupra de mi. l. j. in fin. & quod dicit, adoleſcens, ſcilicet quondam. Accurſius.

i *Reddenda*. à curatore.

k *Accepto feretur*. à iuuene, id eſt, iuuenis accepto feret curatoribus ne teneantur vel de ſeruo, vel de peculio quod peruenit ad iuuenem. Azo. & facit ſupra eo. ſi ſine herede. §. idem reſpondit.

IMpuberi.] CASVS. Quidam miles filio ſuo impuberi dedit curatorem in teſtamento: quę datio non valuit. & non fuit confirmatus à prætore dictus curator, & nihil adminiſtrauit. certè non aſtringitur periculo adminiſtrationis. & redditur ratio in litera. Viuianus. E

l *Centurio*. ſcilicet pater.

m *Dedit*. de facto. de iure enim non tenet, quia impuberi: vt ſupra de confir. tut. l. ſi filio. ſecundum vnam lect. item quia in teſtamento: vt inſtitu. de cura. §. j.

n *Non ſecuto*. de confirmatione: id eſt, ſi non fuerit ſecutum. Azo.

o *Non adſtringetur*. vt & C. de confir. tut. l. j. & ij. & qui da tut. poſſ. l. neque. ſecus ſi adminiſtraret: vt ſupra. l. proxi. §. j. & ij. & §. curatores teſtamento.

p *Nam priuilegium*. quod eſt vt poſſint teſtari vt voluerint: vt C. de teſta. mili. l. milites. Accurſius.

q *Ad alienam*. ſcilicet curatoris dati ſi corrigeretur. & eſt ad hoc. C. de emanci. li. l. nec auus. & infra ne quid in loco publi. l. ij. §. ſi



quis à principe. & infra ad Trebellia. l. ſi cum ab herede.

r *Imperitiæ*. ſcilicet iuris, ſcilicet ſi non ſeruet ſolennitatem iuris. nam peritia propriè iuris dicitur: vt inſtitu. de iure natu. circa prin. ibi, videmus enim, &c.

ſ *Patriæ poteſtatis*. vt cui poſſit paganus dare tutorem in teſtamento, poſſit & miles. cui nō poteſt paganus dare tutorem vel curatorem, nec poſſit miles: vt ſ. de teſt. tu. l. j. & ij. & facit. C. fami. erciſ. inter omnes. in fin. & facit. ſ. de iuris & fa. igno. l. pe. §. ſi quis ius ignorans.

Priuilegium conceſſum militibus circa teſtamenta, intelligitur conceſſum circa eorū bona: nec vltra ſe extendit. Bartolus.

XL. IDEM libro ſexto Reſponſorum.

IMpuberi filio centurio [l] curatorem dedit, [m] decreto prætoris non ſecuto. [n] ſi nihil curator B datus adminiſtret, periculo contumaciæ vel negligentię non adſtringetur. [o] nam priuilegium [p] militum † ad alienam [q] iniuriam porrigi non oportet: nec in aliis circa * ſupremam voluntatem imperitiæ [r] venia datur, quàm in bonis militum. Filij verò tutela iure patriæ poteſtatis, [ſ] non militiæ præmio mandatur.

Licèt vni ſit relicta liberatio reddēdarum rationum: non prohibetur pupill9 alius ex eius perſona cōuenire ſi eum ſuſpectum facere neglexerit. Bartolus. C

XLI. IDEM libro ſeptimo Reſponſorum.

QVi plures tutores habuit: vnum qui ſoluendo non fuit, rationem actus ſui vetuit reddere. Quoniam eius liberatio quod ex tutela percepit, aut dolo contraxit, non eſt relicta: [t] contutores qui ſuſpectum facere neglexerunt, ex culpa rectè conueniuntur. [u] D Tutor enim legatarius ex culpa quæ teſtamento remiſſa eſt, non tenetur. [x]

QVi plures.] CASVS. Pupillus habuit plures tutores. finita eſt tutela pubertate, & omnes tutores ſunt ſoluēdo præter vnum. fecit teſtamētum pupillus quondam, & legauit liberationem rationis tutelæ illi tutori qui non erat ſoluendo. nūc heredes pupil. quōdam conueniunt contutores illius tutoris cui erat liberatio relicta. nō ſolùm pro eorū adminiſtratione: ſed etiam pro mala adminiſtratione dolo facta per dictum tutorem, ex eo quòd ipſi eum non poſtularūt ſuſpectum. nūquid poſſunt conueniri? & videtur quòd nō: quia fuit liberatus dictus tutor. ſed certè bene tenentur: quia cum fuit liberatus, non videtur liberatus niſi de his quæ culpa geſſit, nō autem de iis quæ dolo malo geſſit, vel de iis quæ penes ſe retinet de tutela. Viuianus.

† Adde an iſtud priuilegium habeant milites noſtri temporis: vide gl. Bar. & do. in. l. ſi filiusfa. §. veterani. ſ. de procu. & in l. milites. C. eodem.

* Legēdum eſt, citra, ex Græcis interpretibus. li. 28. βασιλ. tit. 5. & ti. 4.

t *Non eſt relicta*. vt ſupra eo. l. quidam decedēs. & infra de lib. leg. l. Aurelio. §. j. poteſt tamen remitti, vt ſi dicat teſtator vt dicitur. j. de libe. leg. l. ſi quis rationes. nec obſt. prædictis ſupra de pact. l. ſi vnus. §. illud. vt ibi nota. Accurſius.

u *Conueniuntur*. ſed quomodo, cū pupillus non poſſit cedere actiones aduerſus contutorem: quia non poteſt conueniri propter remiſſionem factam in teſtamēto? vnde perinde eſt ac ſi pupillus heres remiſiſſet: quia eadem eſt perſona cum defuncto: vt in authen. de iureiur. à mo. præ. in princip. colla. v. ergo non debet poſſe agere contra hunc tutorem: quia non remouit contutorem ſuum ſuſpectum: vt infra de ſolu. l. Stichum. §. pen. & infra eo. l. ſi pupillus. Illud autē conſtat, quòd ſi vnus conueniatur pro altero, cedere debet ei actionem contra eum: niſi conueniatur ex communi dolo: E vt ſupra. eo. l. ſi plures. & infra de tut. & ra. diſtr. l. j. §. nūc. & l. ſi ex duobus? Reſpond. bene poſſent cedi, ſcilicet pro his reliquis quę remanſerunt penes ipſum, & ſi quid dolo fecit: & eis ceſſis bene poteſt agi. & ſic in plus poterit conueniri iſte qui non remouit ſuſpectum, quàm poſſit ei fieri ceſſio contra tutorem. Vel hic pupillus non remiſit, ſed pater eius: vnde forte non poterit ei imputari. Vel fortè non eſt iſto caſu facienda ceſſio: quia magis ex culpa ſua conuenitur qui non remouit, quàm ex perſona eius qui debuit remoueri. Azo. Vel dic quòd iſte qui conuenitur quia non remouit cōtutorem, non tenetur de eo quod contutor malè geſſit culpa, ſed ſolùm de eo quod malè geſſit dolo. item & de reliquis. ſed tamen ex culpa ſua dicitur cōueniri hic tutor: quia in culpa fuit quòd cōtutorem non remouit: & ideo ex culpa ſua conuenitur, & ex dolo alterius: ſed non de culpa alterius.

Tutor an pupillo teneatur pro malè geſtis à cōtutore.

x *Non tenetur*. quaſi de dolo & reliquis bene teneatur. Accurſius.

Quæ non ſunt tranſmiſſibilia ad heredes, per ceſſionem non tranſeunt. Bartolus.

XLII. IDEM *libro primo Definitionum.*

EX pluribus tutoribus in ſolidum [a] vnum tutorem iudex condemnauit. In rem ſuam iudicatus [b] procurator [c] datus priuilegium [d] pupilli non habebit, B quod nec heredi pupilli datur. [e] non enim cauſæ, ſed perſonæ † ſuccurritur, quæ meruit præcipuum fauorem.

† Qualitas facit præſumptionē an quis ſit admiſſus de iure vel de gratia. Bal. in.l.2.C.de ſerui.15.q.

Si mortuo pupillo res eius cœperint perire: liberatur tutor à periculo pereundarum rerum. Bartolus.

XLIII. PAVLVS *libro ſeptimo Quæstionum.*

CVm poſt mortē pupilli [f] deſinit eſſe nomen idoneū, tutor periculo eximitur. [g] Quidam C * cum eſſet [h] fratris ſui filiæ curator, quadringenta dotis nomine marito eius ſe daturū promiſit. quęro an ſuccurrendum ſit ei, cum poſtea ære alieno emergente, [i] ſupra vires patrimonij eius dos promiſſa [k] ſit: quoniam in inſtrumento ita ſcriptum ſit, *Ille patruus & curator ſtipulanti ſpopondit.* Mouet quæſtionem, quod nō vt de ſuo dotem daret, ſed cū crederet rationem pupillarem ſufficere, promiſit. Præterea & illud hîc poteſt tractari, vt ſi ſciēs curator non ſufficere promiſerit: vel donaſſe videatur, [l] vel quoniam dolo fecit, non illi ſuccurratur. [m] Reſpondi: curator cum officium ſuum egreſſus [n] ſponte ſe obligauerit, non puto ei à prætore ſubueniri debere, non magis quàm ſi creditori puellæ pecuniam ſe daturum ſpopondiſſet. [o] Sed is de quo tractamus, ſi non donandi animo, ſed negotij gerendi [p] cauſa dotem promiſit, [q] habet mulierem obligatam: [r] & poterit dici etiam manente matrimonio eā teneri, quia habet dotē, [ſ] C ſicut in collatione bonorū dicitur: [t] vel certè poſt diuortiū, ſiue exacta ſit [u] dos, ſiue maneat nomen: quia poteſt efficere vt ei accepto feratur. Quòd ſi mulier ſuū curatorē adimplere id * quod ſupra vires patrimonij eius in dotē dare promiſit, non queat: [x] cura-

* Flo. Qui cum.

* eo quod.

EX *pluribus.* ] CASVS. Cum quidam ex tutoribus officio depoſito non eſſent ſoluendo, pupillus vnum ex his inſolidū cōuenit & exegit, & ei ceſſit actionem contra alios contutores. certè non habebit hic tutor cui pupillus ceſſit actionem, idem priuilegium quod haberet pupillus ſi illas actiones ipſe intentaret, ſcilicet tacitæ hypothecæ: quia perſonale eſt beneficium. Viuianus.

a *Inſolidum.* quia alij erant non ſoluendo, vel voluit opponere beneficium diuiſionis, quod potuiſſet: vt. j. de tut. & ra. diſtr. l. j. §. nunc tractemus.

b *Iudicatus.* id eſt, condemnatus. ſic. ſ. eo. l. ij.

c *Procurator.* ceſſis ſibi actionib⁹ aduerſus cōtutores. nam cedi debent: vt. j. de tut. & ra. diſtr. l. j. §. nunc tractemus.

d *Priuilegium pupilli.* qđ eſt vt præferatur cæteris in perſonali: vt infra de priui. cre. l. dabimus. §. j. Sed aliud eſt in beneficio in integrum reſtitutionis: vt ſupra de mi. l. quod ſi minor.

e *Datur.* extraneo, ſed ſuo ſic: vt ſupra ſol. ma. l. maritum. & l. ſeq. & l. etiā. & C. qui po. ī pig. ha. l. aſſiduis. §. exceptis. & infra de re iudi. l. & ſi fideiuſſ. & l. ſeq. Vel fortè hîc aliud erit: vt nec ad ſuū. ar. infra de reg. iur. l. in oībus. & l. priuilegia. At electio quam pupillus habet, tranſit ad heredes: vt ſupra eo. l. à tutoribus. §. heredibus. Item beneficium reſtitutionis: vt ſupra de integrum reſt. l. non ſolùm. & facit. j. de lega. ij. cum patronus. &. ſ. de ſerui. ruſti. prædio. l. pater filiæ. & de excep. l. exceptiones. & de iudi. l. ſed & ſi. in princi.

CVm *poſt mortem.* ] CASVS. Tutor mutuauit pecuniam pupil. D & viuente pupillo bene erant ſoluendo debitores. mortuus eſt poſtea tutor: & ſic tutela eſt finita. poſtea debitores facti ſunt non ſoluēdo. certè nihilominus nocet tutori. [QVIDAM CVM.] Filiæ fratris mei curator eram. maritaui eam Titio, & promiſi ei nomine dotis. xl. hoc modo: Ego patruus & curator Titiæ adultæ promitto tibi Titio marito eius nomine dotis pro ea. xl. poſtea dictæ puellæ ſuperuenerunt multi creditores paterni qui abſtulerūt ei quaſi quicquid habebat, ita quòd non remanſit in patrimonio ſuo quod valeret quadraginta. petit à me maritus illa. xl. quæro, nunquid teneor ſupplere de meo illud quod deeſt patrimonio puellæ ad ſoluendam dictam dotem? & ex vna parte videtur quòd non: & ex alia videtur quòd ſic. ſed tamen ita iudicatur, quòd ſi ego promiſi animo donandi, teneor ſoluere, & non repetam à muliere: ſicut & ſi animo donandi cuilibet alij creditori mulieris promiſiſſem pro ea. ſi autem non promiſi animo donandi, teneor marito ſoluere, & poſſum à muliere repetere: ſiue conſtet matrimonium inter eam & maritum ſuum, ſiue non. Sed quid ſi mulier dixit mihi quòd non ſoluerem marito? habeo exceptionem contra maritum in eo quod deeſt de patrimonio mulieris ad. xl. ſoluenda marito. ipſa autem mulier debet marito cauere, quòd ſi effecta fuerit ita diues conſtante matrimonio quòd poſſit complere. xl. quòd ea complebit. Viuianus.

f *Pupilli.* aliud ſi in vita: vt. ſ. eo. l. tutores. §. adoleſcens. & C. arbi. tute. l. ij. & de admi. tu. l. debitoribus. Accurſius.

g *Eximitur.* quia finita eſt tutela eius morte: vt inſtitu. qui. mo. tu. fini. §. ſimili. & ſufficit nomen debitoris eſſe idoneum tempore finitæ tutelæ: vt ſupra eo. tutores qui. in princip.

h *Quidam cum eſſet.* ſi curator adultæ promittat dotem pro ea ſupra vires patrimonij: ſi quidem ſcienter vel animo donādi vel dolo, tenetur: vt in illo ver. pręterea. ſicut ſi promiſiſſet creditori puellæ ſimiliter animo donandi: vt in ver. ſequen. ſi cauſa negotij gerēdi promiſit vltra vt dicitur in ver. mouet. & in illo, ſed is. in princip. A habet mulierem obligatam: vt ſi quidem iam ſoluerit etiam minus dote, recipiatur. vel ſi ſolùm promiſit, vt ei acceptum feratur. & hoc ſiue conſtante matrimonio ſiue eo diſſoluto, vt ibi, habet mulierem obligatam, &c. & ibi, vel certè, &c. vſque ad. §. quòd ſi mulier, &c. ad ſimilitudinem mulieris conferentis dotem. deinceps planum eſt. Accurſius.

Caſum ponit.

i *Emergente.* in bonis neptis, vt ſubiicit. & ita quæ de nouo emergūt &c. vt. ſ. de interro. act. l. de ætate. §. ex cauſa. & caſus iſti non poſſunt pręuideri: vt. j. de admi. re. ad ciui. perti. l. ij. §. ſi eo tempore. Accurſius.

k *Promiſſa ſit.* & videtur quòd non, quoniā, &c.

l *Vel donaſſe videatur.* quod videtur: vt. j. de regu. iuris. l. cuius. & C. de do. promiſ. l. fi. Accurſius.

m *Succurratur.* quod videtur: vt. ſ. ad Velleia. l. ij. §. verba. quæ ambo ſatis in idem recidūt. Accurſius.

n *Egreſſus.* quia promiſit vltra quàm deberet, & ſciēs. vel melius, quia obligauit ſe ſuo nomine animo donādi, cum pupillæ nomine facere debuerit: & ſic non tenetur finito officio: vt. C. quan. ex fa. tu. l. j. licèt in procuratore ſecus: vt. ſ. de ꝓcura. l. procurator qui pro euictione. Accurſius.

o *Spopondiſſet.* animo donandi ſimiliter.

p *Gerendi.* credens rationem pupillæ ſufficere: vt. ſ. dixi.

q *Promiſit.* etiam ſi non ſoluit: quia id ei abeſſe videtur, &c. vt ſupra de neg. geſt. l. ſi quis mandato. & ſupra mand. l. ſi mandato. §. item.

r *Obligatam.* ad reddendum ſi iam ſoluit: vel ad liberandum ſi non ſoluit. & hoc ſiue matrimonium duret, ſiue ſolutum eſt.

ſ *Habet dotem.* eo quòd vir habet promiſſionem: argu. ſupra de iure do. l. ſi extraneus. Accurſius.

t *Bonorum dicitur.* nam confert mulier dotem tantò minus accipiendo quando ſoluta eſt: vel faciendo accepto ferri quando promiſſa eſt tantùm: vt infra de colla. do. l. j. §. j. & §. conſequens. Accurſius.

u *Exacta ſit.* à marito: id eſt, quia maritus exegit à curatore. vel ſecundum Ir. quòd hîc adulta exegit dotem à marito ſuo.

x *Non quærat.* id eſt, nolit. & dic duobus modis. Primò quòd petit iſta reſtitui, quod poteſt: vt ſupra de mi. l. ſi ex cauſa. §. in dotis. Sed tunc dubitatur an hæc reſtitutio proſit curatori, an non: & an ipſa petat ex ſua perſona, etiam ea petere nolente ad inſtar fideiuſſoris E minoris dolo inducti: vt. C. de fideiuſſor. minor. l. ij. quod quidam dicunt. Sed tu dic cum vnam perſonam repræſentet puella & curator, proficere curatori reſtitutionem puellæ: maximè quia non poteſt conueniri niſi curatorio nomine, & ita nomine adultæ durante cura: poſtea nullo modo: vt infra de re iudic. l. ſi ſe. Secundò quòd etiam ſi non petat puella reſtitui, quòd tamen poſſet (vt dixi) habeat tam ipſa quàm curator exceptionem in eo quod vltra modum eſt, ſi modò caueat marito: vt ſubiicit. & ſecundum hoc denuntiabit curatori ne ſoluat primo & ſecundo caſu. ſi autem curator conueniretur nomine ſuo, tunc diſtingue: Aut ſic promiſit, & tenetur cum effectu: vt ſupra. aut curatorio nomine promiſit: & tunc non tenetur ipſo iure, etiam ſine ope exceptionis. Sed op. imò videtur non exceptione, ſed ipſo iure iuuandum curatorem: vt ſupra de iure dot. l. ſiue generalis. Solu. ibi vltra patrimonium: hîc vltra vires patrimonij: vt ibi not. Item videtur quòd nec exceptionem habeat conſtante matrimonio: vt ſupra de condic. ob cau.

ob cau.l.ſi donaturus.§.j. ne habeat mulierem indotatam:vt ibi dicitur. Solu.ibi totum erat indebitumquod extraneus pro muliere promiſerat: & ſic omnino fieret indotata: hic autem ſolum quod eſt vltra modum.vel aliud in curatore,vt hîc,ne officium ſuum ſit ſibi damnoſum: vt infra quemadmodum teſta.ape.l. ſi quis ex. & de furt.l.ſi ſeruus. §. qđ vero.Sed certè& in cõtrario ſuus error eodẽ modo nõ debet illi extraneo nocere: arg.ſupra de condic. indeb.l. ſed & ſi me.Vel ibi ſuũ negotium, & ſuo nomine,vt ipſe ex ſua perſona teneretur, licèt mãdato mulieris fecit. at hic geſſit negotium minoris, & ei⁹ nomine ſe obligauit. vnde cum minor iuuatur, & ipſe iuuatur.Vel ſecundum Ioan. ibi credens ſe debere promiſit ſponte: hîc ſciens ſe non obligatũ mulieri (credebat tamen eſſe tantũ in bonis eius quod ſufficeret ad hanc dotem) ex neceſſitate officij ſui ꝓmiſit: ideoque ei ſubuenitur: vt infra de iis qui.vt indig.l.tutorem. Vel hîc vir non erat dign⁹ maiore dote quàm facultas mulieris patitur: ibi erat dignus tota dote promiſſa, & aliàs non accepiſſet eam in vxorem. Accurſius.

[* Fl.ſeruat.]

torem quidem in hoc quod ſuperfluum eſt, per exceptionẽ releuari. mulier verò cautionem [a] in maritũ exponere debet. quòd ſi quãdoque locupletior conſtãte matrimonio facta fuerit, dotis reliquum marito ſoluat. *

Qui nomina quæ ſibi à priore adminiſtratore aſſignãtur agnoſcit, eorũ periculo eſt adſtrictus. Bartolus.

XLIIII. IDEM *libro tertiodecimo Quæſtionum.*

QVi nominibus [b] à curatoribus prioribus ſuſceptis ſiue tutoribus, nomina adgnouerũt: periculũ in ſe trãsferũt.

Per receptionem vſurarum pupillus non perdit priuilegium. Bartolus.

Sed ſi pupillus poſt pubertatem rationibus à tutore acceptis, reliquationem [c] eius ſecutus vſuras acceptauerit, priuilegium [d] ſuũ non amittit in bonis tutoris venditis. Prætor enim priuilegium ei ſeruare debet.

a *Cautionem.*ſic.C.de rei vxo.act.§.cum autem.

QVi *nominibus.* CASVS. Pupillus vel adultus approbauit nomina facta per tutores & curatores.certè ad ſuum periculum erunt amodo.Sed quid ſi finita tutela fecit pupillus rationem cum tutore: & de eo quod remãſit ei ad dandum,tutor accepit vſuras: ſicque videtur approbaſſe rationẽ tutelæ: & poſtea inuenit quòd tutor aliquid dolo geſſit?& ſic poteſt eum conuenire de hoc.Sed ſi non eſt ſoluendo tutor, nunquid poteſt conuenire hypothecaria poſſeſſores rerum quondam pupilli?& dicitur quòd ſic.

b *Qui nominibus.* qui, ſcilicet tutores vel curatores: vt.j̃.de tut. & ra.diſt.l.ſi probatum. Et quod dicit,agnouerunt,ſcilicet tanquam idonea.aliàs non: vt.ſ̃.eo.l.tutor ſiue.& dicuntur agnoſcere,vt dicitur.ſ̃.de tute.l.ſi filiusf.Item quod dicit,periculum,ſub.tũc imminens. nam ſi tunc non imminebat,ſed poſtea cœperunt eſſe minus idonei debitores, non imputatur eis, niſi in culpa ſint quòd non cito exegerint,ſi facere potuerunt:vt.C.eo.l.debitoribus. Item dic quòd coguntur illa nomina in ſe trãsferre,etiam ſi minus ſint idonea,non tamen agnoſcere: vt ſupra eo.l.tutor ſiue. Vel dic,qui,id eſt,illi quorũ tutela vel cura eſt geſta:vt ſupra eo.l.cum quæritur.

c *Reliquationem.*[a] aliàs reliquationem.aliàs,reliquorum rationem. & dic quòd tutor dicebat, hoc & hoc habui,& ibi expendi: vnde adultus fuit contentus,& liberauit eum omnino:& etiam accepto tulit vſuras,& ſecundum hoc,reliquatio,id eſt,retentio,ſicut & ponitur infra eo.l.Lucius.in prin. Sed ſecundum hoc quo modo eſt priuilegium ſaluum? Reſpõ.petita in integrum reſtitutione prius. ſi autem in vſuras tantùm liberaſſet, in aliis remaneret ius ſaluum adulto ſine reſtitutione. Vel dic ſecundò,reliquationem,id eſt reliquorum aſſignationem & repræſentationem. nam dicebat.c.apud ſe eſſe in reliquis. & inde vſuras minori ſæpe ſoluit. ſic ponitur ſupra de pact. l.tale. §. poſt diuiſionem. & ſecundum hoc minor fuit contẽtus dictis.c.pro reliquis,& ſic bene dicit,ſaluum priuilegium. Sed tunc eſt contra infra de priui.cre.l.ſi ventri.§.in bonis.vbi deponens perdidit priuilegium accipiendo vſuras. Solu.vt ibi. Potes etiam dicere ſecundum hanc lectu.acceptauerunt,id eſt, liberauerunt. & non erit dicta.l.contraria. ADDITIO. Solue ſecundum Bart.quòd aliud eſt in priuilegio quod datur depoſitario. illud enim perditur per receptionem vſurarũ. egreditur enim terminos depoſiti. & aliud in priuilegio quod datur pupillo: vt hîc. Accurſius.

[a] Quid reliquatio, quid reliquator, quid item reliquari, pulchrè Petrus Crinitus de honeſta diſcipli. lib.15.c.3. Cruciat enĩ ſe Accur.in huius verbi interpretatione.

d *Priuilegium.*quod eſt in tacita hypotheca: vt.C.eodem l.pro officio.

SI *pupillus.*] CASVS. pupillus habuit duos tutores quorum vnus malè adminiſtrauit. finita eſt tutela, vnde habuit curatorẽ pupil.quondam, &c. Auctoritate curatoris liberauit tutorem qui malè geſsit.certè alterũ qui bene geſſit, non poterit conuenire pupil.quondam ex perſona liberati. & idem eſt in duobus magiſtratibus quorũ vnum qui malè geſſit, reſpublica liberauit. nam non poterit alterum qui bene geſſit,ex liberati perſona conuenire. videtur ergo à contrario quòd ſi reſpubli. non liberaſſet malè gerentem magiſtratũ,ꝙ bene gerentẽ ex eius perſona conuenire poſſit, ſicq; poſſit eligere quemcũque ex magiſtratibus conuenire velit, ſicut eſt in duobus reis eiuſdẽ pecuniæ, quorum quemcunque vult poteſt eligere creditor.certè quãuis ita vt dictum eſt, videatur idem in magiſtratibus & in reis debendi:non tamen confiteor idem eſſe in magiſtratibus. imò ita debet eſſet in eis,vt ſi ambo ſint ſoluendo tẽpore depoſiti officij,quilibet pro parte teneatur: & non habeat pup.electionẽ conueniẽdi quẽ eorum vult.quaſi dicat à cõtrario ſenſu, ſi non eſt ſoluendo vnus de magiſtratibus prædictis tempore depoſiti officij, bene tenetur alter ex ſua perſona. quamuis enim in hoc caſu ſubaudito teneatur vnus ex magiſtratibus pro altero,tamẽ non eſt ita vbi alter tempore liberatus eſt:quia licèt malè geſſerit tempore liberatus,tamen alter pro eo non conuenietur: quia perinde eſt ac ſi ſoluiſſet pro parte ſua tempore liberatus. Viuianus.

Quatenus vnus ex tutoribus eſt liberatus facto pupilli, eaten⁹ alter eius nomine conueniri nõ poteſt. h. d. vel aliter: Qui tenetur cedere actionem, ſi eam cedere non poteſt facto ſuo, repellitur exceptione cedendarum actionum. Bartolus.

XLV. IDEM *libro quartodecimo Quæſtionum.*

SI pupillus alterum ex tutoribus poſt pubertatẽ * liberaſſet, [e] improbè alterum illius nomine [f] conabitur interpellare. Idémq; dicemus in duobus magiſtratibus collegis, [g] quorũ alterum reſpublica cõuenit. Sed hæc in magiſtratibus tractaui, [h] quaſi duo rei eiuſdem debiti eſſent omnimodo: quod non ita eſt. [i] Nam ſi vterque idoneus eſt: electio locum nõ habet. [k] Is autem qui tempore liberatus eſt, [l] non

[*pub.auctoritate curatoris lib.]

e *Liberaſſet.*fore tranſigendo modico accepto.

f *Illius nomine.*ſed hoc quo modo, cum ambo viriliter tenebãtur? Reſpon. loquitur quando vnus geſſit,& alter non, & liberauit gerentem. quo caſu primò gerens erat conueniendus: vt ſupra eo.l. tutores qui ſe.§.in eum. Vel dic quòd non erat ſoluendo tempore depoſiti officij.aliàs ſecus:vt.C.de di.tu.l.j. nam non poſſet hic cedere actionem contra liberatum:vt infra de ſolu.l.Stichũ.§.pe.Sed contra infra de fideiuſ.l.ſi ſtipulatus.§.fina.vbi alterum fideiuſſorẽ inſolidum conuenio altero liberato.Solu.vt ibi.Item ar.contra infra de lega.j.l.ab omnibus.j.reſpon. ADDITIO. Dic ſecundum Dy.quod ibi non liberatur facto creditoris: ſed facto teſtatoris legantis, qui vnum ex heredibus potuit liberare, & alios inſolidum obligare:vt.l.cum ab vno.infra de leg.ij.Bart.

g *Collegis.*ſcilicet vt vno liberato alter tantum pro virili teneatur.

h *Tractaui.*ego Paulus. Accurſius.

i *Quod non ita eſt.* vt inſolidum teneatur magiſtratus indiſtinctè: ſed ſi ex dolo conueniuntur, non ſi ex culpa: vt.j̃.de magi.conue. l.antepe.&.C.de magi.conue.l.iij.

k *Locum non habet.* quia vt dixi,viriliter tenentur,niſi alter ſit non ſoluendo.tunc enim alius tenetur inſolidum.Sed ſi vnus ſit tempore liberatus, ſoluiſſe videtur: & ideo alius in virilem tantùm tenetur:vt ſubiicit.Accurſius.

l *Tempore liberatus eſt.*ſcilicet.xxx.annis,qui currunt contra actionẽ tutelæ.Sed quo modo poteſt vnus ante aliũ liberari?conteſtatione litis vel agnitione debiti,non: vt.C.de duo.re.l.fi.Reſpon.quidam quòd ante fuerat finita tutela in perſona vnius quàm alterius,ſcilicet morte:vel quia vſque ad diẽ vel cõditionem fuit datus in teſtamento:vt inſtitu.quib.mo.tut.fi.§.ſed ſi vſq;.& qui dare tuto.poſſ. §.ad certum. Sed hoc hodie non valet:quia non currit in pupillari ætate:vt.C.de præſcriptio.xxx.annorum.l.ſicut.§.nõ ſexus. Tu ergo dic hoc poſſe contingere, quia finita tutela vnius per mortem vel diẽ vel conditionem,vt dixi: minor fuit litem cõteſtatus,& ſic in.xl.an.fuit perpetuata: vt.C.de præſcriptio.xxx.anno.l.fina.altero poſtea anno fuit finita tutela alterius,& ſic eius actio durat.xxx. annis tantùm.nec poteſt dici quòd iſtius actio ſit perpetuata in.xl. an. cum nec nata erat tempore litis conteſtatæ: vt infra de tut. &





UNED

ra.diſtr.l.ſi tutor.§.fi.&.l. ſequen. præterea ſecundum Hugonem, & ſi vno tempore finiatur in perſona vtriuſque tutoris fortè, non nocet alteri conteſtatio facta contra alterum:quia non inſolidum, ſed viriliter tenentur duo tutores finita tutela ſi in eius fine ambo erant ſoluendo:vt.C.de di.tut.l.j.Et ſi dicas etiam idem eſſe hodie per authen. de duobus reis. vt non teneantur niſi viriliter: imò certè inſolidũ ſi alter eſt abſens vel minus idoneus vt in authẽ. de duobus reis.§.j. collat.vij. quod in tutoribus amodo nõ eſt,licèt alter fiat inops: vt d.l.de diui. tut. &.j. eo.l. Æmilius. Sed hoc non placetvt ponamus quando finita tutela omnes ſunt idonei: quia oportet nos ponere quando vnus in defectum alterius tenetur inſolidum: niſi eſſet liberatio vel præſcriptio. quod non eſt in dictis tutoribus:vt dictum eſt Accurſius.

a *Nihil habet.* vt ita alter teneatur inſolidum.

b *Satisfecit.* pro parte ſua:ita vt alter teneatur in virilem tantùm. differunt tamen, quia ſoluẽs ipſo iure præſcribẽs exceptione liberatur:vt inſtitu. qui.mo. tol. ob. in princi. &.j.de act. & obli.l.obligationum ferè.§.placet.item ad hoc s.de conſtitu. pecu.l.itẽ illa.§ quod adiicitur ei. Accurſius.

cc.l.26.s.De nego.geſt.

ei ſimilis eſt qui nihil habet,[a] ſed ei qui ſatisfecit.[b] habet enĩ quod obiiciat petitori.

Si adultus debitorem ſuũ procuratorem conſtituat: non videtur eum vt debitorem idoneum ex cauſa præambula approbare. Bartolus.

XLVI. IDEM *libro nono Reſponſorum.*

LVcius Titius curator Gaij Seij tempore curæ fundum Cornelianum locauit Sempronio:qui Sempronius reliqua traxit.[c] pupill⁹ ætate[d] probata,eũdem quondam colonum. Sempronium fecit procuratorem[e] quæro,an ex eo quod ille vt procurator egit,omne debitũ[f] adoleſcens agnouiſſe videatur, eoq́; nomine curatorem ſuum liberaſſet. Paulus reſpondit, non ex eo quòd adultus eũ qui prædia eius coluit, procuratorẽ habere voluit:debitum quod ex cõductione reliquatus[g] eſt,adgnouiſſe eũ videri.[h]

Diuiſio facta inter plures tutores à ſeipſis, non facit quin vnus pro alio teneatur antequam perueniat ad magiſtratum: ſecus in diuiſione facta à pluribus reipubli.adminiſtratoribus.Bartol.

m *Poſtulare.* id eſt accuſare. aliter ponitur. ſ. de poſtu. l. j. §. poſtulare. Accurſius.

E

n *Hanc actionem.* id eſt accuſationem. ſic ponitur. C. ſi tutor non geſſ. l. j. & . j. de ſepul. vio. l. iij. §. penul.

o *Patere.* aliàs patere: aliàs competere. & ita in lib. domini. Azo.

p *Mater.* ſecus in iuramento in litem: vt. ſ. de in lit. iur. l. videamus.

q *Propenſam.* id eſt moderatam, imò procliuem.

r *Egredientis.* quod eſſet quando faceret vt cœtibus virorum poſſet intereſſe, argu. C. de procu. l. maritus. Admittitur ergo mulier quælibet ad accuſationem iſtam, dummodo ex honeſta cauſa moueatur: & hoc fauore pupillorum. aliàs mulieres non admittuntur ad accuſationem, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur: vt. C. qui accu. non poſ. l. de crimine. & . j. de accu. l. qui accuſare. & facit inſti. eo. §. conſequens. & . ſ. de procura. l. fœminis.

Mulier an ad accuſandum admittatur. Tutor in multis caſibus non ſolum remouetur, ſed etiã punitur.

ſ *Si quis de plebeis.* nam non omnes ſic puniuntur: ſed humiliores tãtùm: vt. j. eo. l. iij. §. tutores qui. Accurſius.

t *Atrociora.* puta quia præſens alimenta denegauit: & probatum

eſt eius

apud prætorem accuſatus: remittitur ad præfectum [a] vrbis grauiter [b] puniendus.

II. IDEM *libro primo de omnibus Tribunalibus.*

LIbertus quoque ſi fraudulēter geſſiſſe [c] tutelā filiorū patroni probetur, ad pręfectum vrbis remittetur puniendus. [d]

Tutor poteſt accuſare contutorem ſuſpectum etiam ſi fuerit remotus. Bartolus.

III. IDEM *libro trigeſimoquinto ad Edictum.*

TVtor quoque contutorem poteſt ſuſpectum facere: ſiue duret adhuc tutor, [e] ſiue iam deſierit [f] ipſe, contutor [g] autem maneat tutor. & ita diuus Seuerus reſcripſit. Plus diuus Pius Cęcilio Petino reſcripſit, poſſe tutorem ſuſpectum [h] remotum contutores ſuos ſuſpectos facere.

Liberti poſſunt tutores patronorum ſuorum ſiue filiorum patroni ſui accuſare de ſuſpecto: ſed liberti nō accuſant patronos ſuos crimine ſuſpecti tutoris. Itē omnis curator non tantùm adoleſcentium poteſt ſuſpectus accuſari. h.d. vſque ad fin.l.

Liberti quoque pupillorū gratè [i] faciēt, ſi tutores vel curatores eorum, malè gerētes rem patronorū vel liberorum patronorum ſuſpectos fecerint. Sed ſi patronū ſuum [k] vt ſuſpectum in tutela facere velint, melius eſt libertos ab accuſatione repelli: ne in ipſa cognitione grauius [l] aliquid emergat, cū hoc aliis omnibus pateat.

Non tantùm autem adoleſcentis curator, ſed etiam furioſi vel prodigi vt ſuſpectus remoueri poteſt. Sed & quis ſi curā vētris, bonorúmve [m] adminiſtrat, non carebit huius criminis [n] metu.

Tutor poteſt remoueri ex officio iudicis ſine accuſatione. Bar.

B Præterea † videndū, an & ſine accuſatione poſſit ſuſpectus repelli. Et magis eſt vt repelli debeat, [o] ſi prętori [p] liqueat ex apertiſſimis [q] rerum argumētis ſuſpectum eum eſſe. quod * fauore pupillorum accipiendum eſt.

Tutor remouetur ob dolum in tutela commiſſum: ſecus ſi extra tutelam. Item ſecus ſi in alia tutela, ſi eſt qui eum actione tutelæ conueniat. h.d. vſque ad. §. ſi tutor inimicus. Bartolus.

C Nunc videamus ex quibus cauſis ſuſpecti remoueantur. Et ſciēdum eſt, aut ob dolum in tutela admiſſum ſuſpectū licere poſtulare, ſi fortè graſſatus [r] in tutela eſt: aut ſordidè [ſ] egit vel pernicioſè [t] pupillo, vel aliquid intercepit [u] ex rebus pupillaribus iā tutor. Quòd ſi quid admiſit, ante tamē admiſit, quàm tutor [x] eſſet, quāuis in bonis pupilli, vel in tutela: nō poteſt ſuſpectus tutor poſtulari: quia delictū tutelā præceſſit. Proinde ſi pupilli ſubſtantiam

D expilauit, ſed antequam tutor eſſet, accuſari debet expilatæ hereditatis crimine. [y] ſi minus, furti.

Quæri poteſt, ſi tutor fuerit

eſt eius mendacium. vel ſi data pecunia tutelam redemerit: vel ſi inuētarium nō fecit: vel ſi pecuniā deponere vel in emptionē præ- A diorum conuertere noluit iuſſus à iudice: vel euidenti fraude bona pupillorū alienauit. Item ſi libertus frauduléter geſſit tutelā filiorum patroni: vt inſtitu. eo. §. ſed ſi quis. & §. libertus. & ſ. de offic. præfect. vrb. l. j. §. itē. & ſ. de tut. l. in eos. & ſ. de adminiſtratio. tuto. l. tutor qui. §. itē ſolent. & infra. l. iij. §. tutor qui. & §. tutores. & infra. l. ꝓxi. & C. de adminiſt. tut. l. niſi.

a *Præfectum vrbis.* quia ad eum ſpectabat hæc iuriſdictio ſine cura: vt ſ. de offic. præfect. vrb. l. j. §. item ſolent.

b *Grauiter.* ſuo arbitrio. vt. C. de adminiſtr. tut. l. niſi.

c *LIbert⁹ quoq; ſi fraudulenter geſſiſſe.* Secus ſi nullo modo geſſit: quia ingratus redigitur in ſeruitutem: vt. j. de iure patrona. l. ingratus. Argumē. contra. C. de lib. cau. l. ſolo.

d *Puniendus.* & de ſuſpecto accuſari poteſt: vt. C. qui pet. tuto. l. j. & facit inſtitut. eod. §. libertus. & C. de adminiſtra. tut. l. niſi.

e *TVtor quoque. Adhuc tutor.* qui aliū accuſat contutorem.

f *Deſierit.* finita tutela per capitis deminutionem, qui eſt poſtea reſtitutus. Azo. Vel dic ꝙ fuit datus ad certam cōditionem, vel diem: vt inſtitu. quibus modis tut. fin. §. ſed & ſi. & §. præterea.

g *Contutor.* ſ. accuſatus, & qui nunc remouebitur ꝓpter accuſationē cōtutoris quondam. & ſecundum hoc manet quando ille deſiit: ſed non manet poſt finitā accuſationē de ſe factā.

h *Suſpectum.* id eſt dicere, non ſolùm ſi alia cauſa deſiit: ſed etiam quando per accuſationem ſuſpecti. tunc enim deſinit: vt inſtitu. quibus mod. tut. fi. §. fina. quo caſu videbatur quòd nihil doloſus doloſo.

i *Gratè.* ergo ſi omittant, committunt ingratitudinem: vt infra de iure pat. l. ingratus. & C. qui pe. tu. l. ij. licèt ſit argumen. contra. C. de lib. cau. l. ſolo.

k *Suum.* ſcilicet pupilli & bene dico, & melius eſt: quia optimum conſilium eſt adiungi curatorem: vt infra eod. ſi tutor. & ſecundum hoc libertus impuberis accuſat patronum pupilli impuberis. Vel dic ſuum, ſcilicet iſtius accuſantis. & ideo melius dicit, quia incurrere poſſet patroni ſui offenſam, quia ob hoc ſolum poſſet eum in ſeruitutem reuocare, vel petere caſtigari: vt. C. de lib. & eod. lib. l. ij. & infra de iure pa. l. j. nam licèt famoſam accuſationem poſſit libertus contra patronum nomine alterius proponere etiā ſine veniæ impetratione: vt ſupra de in ius vo. l. quæſitum. licèt lex iſta aliter intelligi poſſit: non tamen accuſat, etiam ſi ſuam iniuriā proſequatur: vt infra de accuſ. l. hi tamen. §. j. & ſic intelligitur lex illa. C. ſi tu. non geſ. l. j. licèt aliter quidam intelligant: vt ibi not. Vel tertiò poteſt intelligi quòd erat libertus communis pupilli & eius tutoris. Accurſius.

l *Grauius.* quia fortè inter eum & patronum & libertum magna diſcordia orirêtur, & magna verba etiam ad accuſandum procederent. Et quod dicit. omnibus aliis, ſcilicet libertis, q.d. ſi conceditur iſtis, conceditur omnibus aliis libertis accuſare patronos. arg. j. de re mili. l. officium. §. ſed ſcio. Vel dic, aliis, id eſt dicere, non nocet pupillo ſi libertus repellatur: quia omnibus aliis de pupillo cōpetit hoc ius: vt ſupra. l. j. §. conſequens.

m *Bonorumve.* aliorū quàm ventris. Vel dic, bonorum & ventris. nam quandoque iidem, quandoque diuerſi conſtituuntur curatores ventri & bonis: vt infra de ventre in poſ. mitt. l. j. §. hoc iure vtimur. & facit infra ea. l. §. ſi curator ventri. & ſ. de adminiſtra. tut. l. inter bonorum.

n *Criminis.* id eſt accuſationis de ſuſpecto.

o *Debeat.* & ideo fortè non erit tunc infamis: vt. C. ſi tut. non geſſ. l. j. Accurſius.

p *Si prætori.* qui & pręſes dicitur: vt ſupra de offic. præſi. l. j. & ſic nō ob. j. ad Turpil. l. j. §. ſuſpecti. & de offic. præſi. l. j. Item prætori vt iudici: vt not. ſupra de offic. præſi. l. illicitas. §. ueritas. Itē liquet ſine alicuius accuſatione: puta fraudulosè videt eum agere cauſam pupilli corā ſe: vel aliter per officium inquiſiuit: vt. j. e. l. ſi. & j. ead. l. §. ſi tutor inimicus. & j. vbi pup. edu. l. ſi. & ad idem. ſ. de procu. l. non ſolùm. §. ſi. ſic eſt in lenocinio, & quibuſdam aliis: vt not. j. de adult. l. ij. §. ſi publico. ſi verò alius poſtulet tutorē remoueri principaliter hoc inſtituendo, nunquam ſine accuſatione admittitur: vt not. ſupra ea. l. §. j.

q *Apertiſſimis.* ſic. C. de proba. l. ſciant.

r *Graſſatus.* i. ſtudioſè malè geſſit. Accur.

ſ *Aut quod ſordidè.* per pretium. Accurſius.

t *Pernicioſè.* per gratiā alienando.

u *Intercepit.* ſibi accipiendo.

† Facit gloſ. in c. venerabili. circa med. ibi, & etiam iudex extra de offic. deleg.

* Ergo regulariter nemo ſine accuſatore dānandus. Cic. pro Roſcio.

x *Tutor.* in bonis pupilli: & in tutela dicitur tutor.

y *Crimine.* cum ſubtraxit res hereditarias ante aditam hereditatem, vel poſt aditam hereditatem: ſed ante apprehenſam poſſeſſionem. Et quod ſubiicit, ſi minus, id eſt cum ſubtraxit poſt aditā hereditatem, & apprehenſam poſſeſſionem, ſcilicet ab herede pupillo. tunc enim conueniri poteſt furti: quia rei hereditariæ non fit furtum niſi in caſibus: vt infra de fur. l. rei hereditariæ. & l. ſequē. & infra de cri. expil. here. l. ij. & l. ſi. Vel dic, ſi minus, id eſt ſi nō poteſt accuſari crimine expilatæ hereditatis: quia non habet locum: E quod eſt vt dixi. innuit ergo hîc quòd pro ante geſtis non poteſt accuſari vt ſuſpectus. & ſic eſt contra. inſtit. eo. §. ſed & antequam. Solu. vt ibi. [*Quæri poteſt.*] CASVS. Titius fuit tutor cuiuſdam pupil. & malè adminiſtrauit. illo pupillo pubere facto idem fuit datus ei curator cum quibuſdam aliis. nunquid de mala geſtione tutelæ poteſt ſuſpectus poſtulari in cura exiſtens? Et dicitur quòd non: quia poteſt conueniri act. tutelæ à concuratoribus. & idem poteſt dici in eo qui bis fuit tutor: vt exiſtens in ſecunda tutela nō poſſit poſtulari ſuſpectus de eo quod malè in prima adminiſtrauit. ſed in ſecunda habet contutorem qui eum poſſit cōuenire tutelæ de eo quod in prima adminiſtrauit malè. ſi autem in ſecunda tutela non habet contutorem, bene remouetur vt ſuſpectus à ſecunda tutela ex eo quòd malè adminiſtrauit in prima. & idem eſt in curatore, de quo dictum eſt in prin. §. Sed quid ſi ita fuit datus tutor pupillo, donec in Italia erit, tutor eſto: vel donec vltra mare non ieris, tutor eſto. & hic tutor antequam exiret Italiam, vel

pupilli, idémque ſit curator confirmatus [a] adulescenti, an poſſit ex delictis tutelæ [b] ſuſpectus poſtulari. Et cum poſſit tutelæ [c] à concuratoribus [d] conueniri, cõſequens erit dicere ceſſare ſuſpecti accuſationem: quia tutelæ agi poſſit depoſito officio, [e] & alio ſumpto. [f] Idem erit quærendum & ſi proponas aliquem deſiſſe eſſe tutorem, & rurſum cœpiſſe: (vt puta vſque ad tempus vel ad conditionem erat datus [g]: deinde iterum vel ſuperueniente conditione teſtamentaria, [h] vel etiam à prætore poſtea datus eſt) an ſuſpectus poſtulari poſsit. Et quia duæ tutelæ ſunt: ſi eſt qui eum tutelæ iudicio conueniat, [i] æquiſſimum erit dicere ceſſare crimen ſuſpecti [k]. Si autem [l] ipſe tutor eſt ſolus: nunquid quia tutelæ ceſſat, [m] remouendus ſit ab hac adminiſtratione, quaſi in hac ſuſpectus ex eo quòd in alia malè verſatus ſit [n]? Ergo & in eo qui curator ſolus poſt finitam tutelam confirmatus eſt, idem dici poteſt [o]. Quòd ſi quis ita tutor datus ſit: *Quoad in Italia ierit, tutor eſto*: vel, *Quoad trans mare non ierit*: an poſſit ſuſpectus poſtulari [p] ex eo geſtu quem adminiſtrauit ante quàm trans mare abeſſet? * Et magis eſt vt poſtulari poſſit, quaſi vna tutela [q] ſit, habens interualla.

Si quis abfuturus reipublicæ cauſa, deſiderauit in locũ ſuum conſtitui alium tutorem: [r] an reuerſus, ex ante geſto ſuſpectus poſtulari poſſit? Et quia poteſt ex priore geſtu vtili actione [ſ] cõueniri, ceſſabit poſtulatio.

Si curator vẽtri boníſque [t] datus, fraudulenter verſatus ſit, deinde tutor datus: an poſtulari ſuſpectus propter fraudes in cura admiſſas poſſit, dubitari poteſt. Et ſi quidem habet contutores, non poterit poſtulari: quia conueniri poteſt. [u] ſi nõ habet, amoueri poteſt.

Propter inimicitias cum pupillo vel cum parentibus remouetur tutor vt ſuſpectus. Bart.

Si tutor inimicus [x] pupillo parentibúſve [y] eius ſit, & generaliter ſi qua iuſta cauſa prætorẽ mouerit [z] cur non debeat in ea tutela verſari, reiicere eum debebit.

Propter res malè vẽditas poteſt tutor vt ſuſpectus remoueri. Bar.

Seuerus & Antoninus reſcripſerunt Epicurio, tutores qui res vetitas ſine decreto diſtraxerũt, nihil quidem egiſſe: [a] verùm ſi per fraudem [b] id fecerunt, remoueri eos oportere.

Tutor qui denegat alimẽta indebitè, poteſt vt ſuſpectus remoueri, & etiam puniri. Bartolus.

Tutor qui ad alimenta pupillo præſtanda copiam [c] ſui non faciat, ſuſpectus eſt: poterítque remoueri. ſed ſi non latitet, ſed

iret vltra mare, adminiſtrauit tutelam, & malè: & poſtea exiuit Italiam, vel vltra mare fuit, & poſtea reuerſus adminiſtrauit iterũ? nunquid poteſt poſtulari ſuſpectus de eo quod malè adminiſtrauit antequam exiret Italiam, vel vltra mare iret? Et dicitur quòd ſic. non enim poteſt conueniri tutelæ: quia non eſt finita. vna enim fuit tutela, & non plures. ſecus autem eſſet, ſi ita dixiſſet ille qui tutorem dedit, quum reipub. cauſa non aberis, tutor eſto. cum aberis, tutor ne eſto. cũ reuerſus fueris, tutor eſto. Nam ſi tutor taliter datus malè adminiſtret antequam vadat cauſa reipubli. & poſtea reuerſus adhuc adminiſtret, nõ poterit ex priori malè geſtu poſtulari ſuſpectus: quia poteſt conueniri tutelæ. duæ enim tutelæ fuerunt. Itẽ quid ſi Titius fuit datus curator ventri vel bonis, & malè curã adminiſtrauit: & poſtea puero nato fuit tutor datus: nũquid exiſtens in tutela poteſt ſuſpectus poſtulari de eo quod malè adminiſtrauit in cura? & aut habet contutorẽ qui eum poſſit conuenire de eo quod malè in cura adminiſtrauit, aut non. Primò enim non poſſet poſtulari ſuſpectus, ſecundò ſic. & hoc vſque ad.§. ſi tutor inimicus. Viuianus.

a *Confirmatus*. ſponte. nec enim cogitur: vt ſupra de adminiſtra. tuto. l. cum hereditas.

b *Ex delictis tutelæ*. id eſt admiſſis in tutelaribus negotiis dũ erat tutor.

abiſſet?

c *Tutelæ*. ſ. actione.

d *A concuratoribus*. alias à contutoribus.

e *Depoſito officio*. ſcilicet tutelæ: aliàs non poſſet agi actione tutelæ: vt infra de tut. & rat. diſtra. l. niſi.

f *Sumpto*. ſcilicet curæ.

g *Datus*. à teſtatore.

h *Teſtamentaria*. hoc ideo dicit, quia à iudice non poteſt dari ſub conditione: vt ſupra de tu. l. muto. §. j. licèt à teſtatore ſic: vt hîc, &. s. de teſta. tute. l. tutor datus. & inſtit. de Attilia. tu. §. j.

i *Conueniat*. de facto, puta alius tutor: vt infra ea. l. §. ſi curator. Et ſic not. quòd vt accuſatio ſuſpecti locũ non habeat, oportet quòd de iure & de facto poſſit agi tutelæ: vt & not. C. eo. l. j. Item contra ſupra de adminiſtra. tut. cum plures. Sed ibi pro eadem tutela tutor & curator conueniri non poſſunt, hîc ex alia.

k *Crimen ſuſpecti*. nec remouebitur ob hoc ſolùm quòd in ſua malè verſatus eſt: niſi vbi non eſt qui eum ex priori conueniat tutela, vt ſubiicit. ſi autem aliunde quàm ex eo quòd malè geſſiſſe dicatur in prima, ſuſpectus dicitur: dicunt quidam indiſtinctè quòd poteſt: nec obſtat quòd agi poteſt tutelæ: quia ex hac cauſa agi nõ poteſt. Sed certè ſatis poteſt reſponderi ad contrariũ, ſcilicet quòd non poſſit remoueri. quid enim ſi cauſa illa ſuſpicionis remota eſt? vt infra de adimen. legatis. l. iiij.

l *Si autem*. facit infra eadem. l. §. ſi curator.

m *Tutelæ ceſſat*. id eſt qui tutelæ eum conueniat.

n *Verſatus ſit*. ſub. & certè ſic. Et ſic notat. quòd qui in vno malus eſt, & in aliis [a] &c. ſic infra de re mili. leg. non omnes. §. à barbaris. & ſupra de tranſact. leg. cum hi. §. in perſona. & ſupra de teſta. tut. leg. in teſtamento. §. non omnino. & infra de accu. l. ſi cui. §. iiſdem.

a] Facit glo. in ca. venerabili. ſuper verbo, ſuſpectus. poſt prin. ibi, hodie verò ſecus. extra de offi. dele.

o *Idem dici poteſt*. ſcilicet quòd poſsit remoueri. ADDITIO. Vide gloſ. in ca. accepimus. ſuper ver. reputare. circa me. quæ ponit caſum huius. §. extra de æta. & quali. ord.

p *Suſpectus poſtulari*. quia durat tutela. non ergo concurrit actio tutelæ, & poſtulatio de ſupecto: vt hîc, & ſuperioribus. §. §. & infra proxi.

q *Vna tutela*. durat enim eadem: niſi & teſtator dixiſſet contra: vt infra titul. j. l. Titius. & facit infra de milit. teſta. leg. quod dicitur. §. miles.

r *Tutorem*. id eſt curatorem: vt dixi. s. de tute. l. quæſitum.

ſ *Vtili actione*. ergo finita fuit tutela per excuſationem, vt & infra de tu. & ra. diſtra. l. ſi tutor. in princi. & inſti. de excuſa. tuto. §. item qui rei. & no. infra ti. j. l. penult. in princi.

t *Boníſque*. aliquando idem datur: aliquando diuerſi danturventri & bonis: vt not. ſupra ea. l. §. non tantùm. & nota curator: quia tutor vẽtri dari non poteſt à iudice: vt ſupra de tuto. & curato. da. ab his. l. vẽtri. ſed à teſtatore ſic: vt ſupra de teſta. tute. l. ſi quis filiab⁹. Accurſius.

u *Poteſt*. vtili nego. geſt. & eſt argumen. ſupra ead. l. §. ſi autẽ. & quod ibi nota.

*Si tutor inimicus*.] CASVS. Dedi tutorem filio meo: & ipſe tutor ante mortem meã factus eſt meus inimicus, vel pupillo me mortuo. certè bene debet reiici à tutela. Secundò dicit: Si tutor vendat res quę ſine decreto non poſſunt alienari, nihil agit, & tunc remouetur vt ſuſpectus. Tertiò dicit: Quidam tutor non dabat pupillo ſuo alimenta: vnde vocauit eum prætor coram ſe, volens pupillo conſtituere alimenta: & ipſe non venit: vel venit, & dixit pupillum non habere vnde ei alimenta conſtitueret: & poſtea repertum eſt contrarium. certè hic tutor poteſt puniri eo modo quo punitur ille qui corrumpit notarios prætoris per pecuniam, vt ipſe tutor conſtituatur. nam & iſte & ille remouentur vt ſuſpecti: & etiam remittuntur ad præfectum vrbi, extra ordinem ab eo puniendi. Quartò dicit quòd tutores qui inuentarium non faciunt, vel qui nolunt deponere pecuniam pupillarem ad prædiorum comparationem, vel qui per pecuniam per ſe depoſitam nolunt poſtea prædia emere: ſi ſunt plebeij, duas pœnas ſuſtinent: quia in vinculis ponuntur donec inueniatur idonea emptio: & etiam remouentur vt ſuſpecti. ſi autem non ſunt plebeij, remouentur tantùm vt ſuſpecti. hoc dicit vſque ad. §. is tutor. Viuianus.

x *Si tutor inimicus*. inimicitia capitali, nec interuenit reconciliatio: vt inſtit. de excuſa. tuto. §. inimicitiæ. Reconciliatio inimicitiam tollit.

y *Parentibúſve*. ex linea aſcendenti in infinitum: vt ſupra de in ius vocan. l. quique. §. parentes. ſecus ſi cũ fratre vel aliis tranſuerſalibus. & facit. s. de arbi. l. licet. & de procura. l. filius. in fine.

z *Moueri*. videtur quòd per officium hîc inquirat. quod dic vt ſupra ea. l. §. præterea. idem tamen ſi aliquo accuſante.

a *Egiſſe*. ſcilicet quo ad alienationem: vt. C. de præ. mino. l. iiij. & l. ſi quidem. Accurſius.

b *Per fraudem*. vt totam pecuniam partémve ſibi vſurpet.

c *Copiam*. infra eo. impuberibus. in fi. & inſti. eo. §. ſi quis tutor. & infra

& infra vbi pup. edu.l. finali.
a *Fide inquiſitionis.* quia corrupit iudicem qui debebat inquirere de eius moribus,& ſic approbatum dare. Accurſius. A
b *Conſtitutum.* tutorem.
c *Hic ergo.* qui per mendacium dicit ſe non poſſe alere.

præſens nihil poſſe decerni contendit, quaſi inopibus: * ſi datis pupillo aduocatis in mendacio reuincatur: † ad præfectũ vrbis remittendus eſt. neque enim intereſt, id agere quẽquam, vt corrupta fide inquiſitionis [a] tutor conſtituatur: an bona fide cõſtitutum [b] velut prædonem bonis alienis incũbere. hic ergo [c] non quaſi ſuſpectus remouebitur, [d] ſed remittetur puniẽdus ea pœna [e] qua ſolẽt adfici qui tutelam corruptis miniſteriis [f] prætoris redemerunt. B

Tutor qui non facit inuentarium, vel pecuniam ad comparationem non deponit pertinaciter, in vinculis eſt ponendus: niſi fuerit poſitus in dignitate. Barto.

Tutores * qui repertoriũ [g] non fecerunt, [h] vel pecuniam neq; ad prædiorum cõparationem [i] conferre, neque deponere peruicaciter [k] perſtant: quoad emptionis occaſio inueniatur, vinculis [l] publicis iubentur cõtineri, & inſuper pro ſuſpectis [m] habentur. Sed ſciendum eſt nõ omnes hac ſeueritate debere tractari, ſed vtiq; humiliores. [n] Cæterùm eos qui ſunt in aliqua dignitate poſiti, non opinor vinculis publicis contineri oportere. Is tutor qui inconſideranter [o] pupillum vel dolo abſtinuit hereditate, poteſt ſuſpectus poſtulari. C D

Remotus propter culpam, non eſt infamis. idem in eo cui alius adiungitur. Bartolus.

d *Remouebitur.* ergo nec ille qui corrupit, remouetur: vt hîc euidenter probat. nam & ſupra dixit, neq; enim intereſt &c. alij ſubaudiunt tãtùm, quaſi dicat, non tantũ remouebitur &c. vel etiam fiet alterum quod iudex volet, ſecũdum Hug. argu. ſupra ea.l.§.ſi tutor. Et ſic not. ex mendacio quem puniri: vt no. ſupra quod cum eo.l.iiij.§.j.
e *Pœna.* extraordinaria: vt ſupra de tut.l. in eos.
f *Miniſteriis.* id eſt miniſtris, non vt inquireretur de moribus, & puniatur hic, ſecundum Azo. quia pupillo fecit iniuriam corrumpẽdo officiales: vt infra de iniuriis.l.idẽ apud.§.idem ait eum. Sed certè ſecũdum H. imò ibi fecit iudici: vt ibi dicit. & facit ſupra de officio præfec. vrb.l.j.§. item ſolent.
g *Tutores qui repertoriũ.* id eſt inuentarium: vt ſupra de admini. tut.l. tutor qui.
h *Non fecerunt.* mox, ſubaudi: vt.C. de adminiſt.tut.l. tutores. quod expone vt ibi: & hoc niſi iuſta cauſa fuerit quare nequiuerit, vel niſi remiſſa fuerit inuentarij confectio à teſtatore: vt ſupra de adminiſtra. tuto.l.tutor. in prĩci. & C.arbi.tu.l.fina.§.fina.
i *Comparationem.* aliàs emptionem. hoc dic vt ſupra de adminiſt.tut.l. ita autem.in princip.
k *Peruicaciter.* aliàs pertinaciter, à per, id eſt valde, & tenax. aliàs peruicaciter, quia fortiter reſiſtit cum iudex ei præcipit quod debet: vt ſupra de adminiſt. tuto.l.tutor qui.§.ſi deponi. item aliàs præſtant: aliàs præſtatur.
l *Vinculis.* hoc eſt cum inopia [a] dignoſcitur laborare: vt ſupra de adminiſtra tu.ob fœnus.& argumen.infra.de pœn.l.j.§.finali.&.j. de iniur.l.fina.& ſupra de offic. præſi.l.illicitas. in fine. Item & infamia notãtur, & grauioribus pœnis ſubiiciuntur: vt.C.arbi.tut.l. fina.&.ſ.de adminiſtr.tut.l.tutor qui.§. ſi deponi. &.§. ſequenti.
m *Suſpectis.* idémque & ſi vnus tutor non communicet contutori in adminiſtratione: vt.ſ.de admini.tu.l. actus.
n *Humiliores.* vt ſupra eod.l.j. in fine. namque maiores noſtri in &c. vt infra de pœ.l. capitalium. in fine. & de iniur.l. finali. & de incen.rui.nau.l. Pedius.

*Is tutor.*] CASVS. Tutor qui dolo vel lata culpa abſtinet pupillum ſuum ab hereditate ſibi delata, remouetur vt ſuſpectus, & efficitur infamis, ſubaudi. ſi autem remoueatur à tutela ob leuem culpam vel negligentiam, non efficitur infamis. Sed quid ſi fraude in tutore reperta non remouit eum prætor, ſed alium ei adiunxit? non eſt infamis. Bonum eſt ergo quòd prætor qui remouet à tutela tutorem, exprimat in remotione cauſam, vt vîdere poſſimus vtrum ſit infamis vel non. ſi autem non exprimit cauſam remotionis, nec in iudicio fuit probata: non erit infamis remotus. h.d.cum princip.l.ſequen. Viuianus.

* inopi.

† Sic rectius ſe edidiſſe ait Taurell. cùm in archety. eſſet, reiudicatur.

i. officiariis, per quos p̃tor inquiſitionem inſtruit.

* Principiũ huius.§.in Pand. Flo. ſic habet: Qui pecuniã ad prædiorum emptionem cõferre, neque pecuniam dep. &c.

a] Sic not. deterioris conditionis pauperem quàm diuitẽ Bar.in.l. ob fœnus. hîc alle.

o *Inconſideranter.* id eſt lata vel leui culpa: vt infra proxi.§.
p *Ineptiam.* aliàs inopiam: & aliàs imperitiam, & hæc adnumeratur culpæ: vt ſupra de offic. præſi.l.illicitas.§. ſicut.
q *Remotus ſit.* ſcilicet ob negligẽtiam vel culpam non latam. omnia enim iſta ferè idem ſignificant, & vnum eſt expoſitio alterius,

Qui ob ſegnitiam vel ruſticitatem, inertiam, ſimplicitatem, vel ineptiam [p] remotus ſit: [q] in hac cauſa eſt, vt integra exiſtimatione tutela vel cura abeat. ſed & ſi quis ob fraudem [r] non remouebit aliquem, ſed ei adiunxerit: nõ erit famoſus: quia non eſt abire tutela iuſſus.

Remotus abſque dolo, non eſt infamis: & ſi in ſententia cauſa non exprimatur, non intelligitur ex cauſa famoſa damnatus ſeu remotus. Bartolus.

IIII. IDEM *libro primo de omnibus Tribunalibus.*

HAe enim cauſæ [s] faciunt vt integra exiſtimatione tutela vel cura quis abeat. [t] Decreto igitur debebit cauſa remouẽdi [u] ſignificari, vt appareat de exiſtimatione. Quid ergo ſi non ſignificauerit cauſam remotionis decreto ſuo? Papinianus ait debuiſſe dici hunc integræ eſſe famæ. & eſt [x] verum.

Idem eſt prohibere gerere, & remouere. Bartolus.

Si prætor ſententia ſua non remouerit tutela, ſed gerere prohibuit: dicendum eſt magis eſſe vt & hic deſinat [y] tutor eſſe.

Qui nihil [z] geſſerunt, non poſſunt ſuſpecti poſtulari: verùm ob ignauiã, vel negligentiã, vel dolũ ſi dolo fecerũt, poſſũt remoueri.

Satiſdatio non impedit quin tutor poſſit, ſi malè gerat, vt ſuſpectus remoueri. Bartolus.

V. IDEM *libro tertio Diſputationum.*

& eſt quaſi verborum inculcatio. Sed quid ſi remouetur ob latã culpam? videtur quòd ſit infamis: vt infra eod.l. impuberib⁹.§.j.& ſupr. depoſi.l. quod Nerua. Vel fortè quantùm ad infamiã lata culpa non comparatur dolo, vt in criminib⁹: vt infra ad.l. Cornel. de ſic.l.in lege. ſi autem ob fraudẽ vel dolum, cõſtat quòd famoſus eſt: vt inſtit.eo.§. ſuſpectus &.C.de tuto. & cura.qui ſa.nõ de.l.ij. cũ dãnatus de dolo ſit infamis: vt.ſ. de his qui notã. ĩfa.l..j.§.qui furti.
r *Fraudem.* quam inuenit eum commiſiſſe. & hoc fecit iudex, quia erat agnatus vel patronus: vt.j.eod.l.ſi tutor. vel fortè emendatus. nã in ſuo arbitrio eſt: vt.ſ. ead.l.§.ſi tutor.

HÆ *enim.*] CASVS. in prin. continuatur cum præcedẽ. caſu. [SI PRÆTOR.] Siue prætor coram quo eſt accuſatus tutor ſuſpectus, dicat in ſententia, remoueo te à tutela: ſiue dicat, prohibeo ne geras: ſemp videtur remot⁹. [QVI NIHIL.] Si tutor nõ adminiſtrat tutelam, non poteſt ob hoc ipſum ſolùm ſuſpectus poſtulari. ſi autẽ gerat, & malè, vel p dolũ ſuũ, vel alio modo, bene poteſt remoueri vt ſuſpect⁹. & hoc dicit, verũ ob ignauiã &c. Viuia.
ſ *Hæ enim cauſæ.* ſcilicet ruſticitas & ſimiles.
t *Abeat.* id eſt recedat.
u *Cauſa remouendi.* ſic ſupra de his qui no. infa.l.ij.§. ignominiæ. Argumen. contra infra de re mili.l. milites.§. miſſionum.in fi. illius.§.
x *Et eſt verum.* diſtingue tamẽ: obiiciebatur ei culpa: & tunc obtinet quod hîc dicit: an dolus, & tunc ſit infamis quaſi ex ea cauſa remotus quæ in iudicio erat deducta: vt infra de excep.rei iud.l.ſi ex teſtamento. ſi autẽ nulla cauſa expreſſa, tunc in dubio propter culpam videatur remotus: vtpote in benigniorem partem: vt.j.de pœnis.l.ſi præſes.&.l. interpretatione.& hîc. E
y *Deſinat.* imò videtur nõ deſinere: vt.ſ.de admi.tu.l.iij.§.j.& fina. Sed dic quòd aut accuſabatur de ſuſpecto: & iudex prohibuit adminiſtrare: & videtur remouere, quia hoc petebatur & agebatur. aut cũ cõtentio eſſet futura inter tutores plures, præſes vel prætor aliis conceſſit adminiſtrationem, & aliis denegauit: vt ibi. vel hæc ſecundũ illã, vt.ſ. deſinat quo ad adminiſtrationẽ, non quo ad alia.
z *Qui nihil.* poteſt ita intelligi, vt ſi non geſſerint, non poſſint accuſari ſed remoueri per officium iudicis: vt.ſ.eo.l.tutor.§. præterea. ſi dolo vel ignauia fecerunt, id eſt ceſſauerunt: vt hîc, & inſt.eo.§. ſed & antequam. &.C. eo.l.ij. &.l.iij.in fi. quæ eſt contra. Sed & poteſt cogi gerere captis pignoribus: vt.C.eo.l. præſes.in princip. Vel dic quòd antequam gerat, ex dolo tantũ ſiue contumacia poteſt accuſari vt ſupectus: vt in contrariis. Et quod hîc ſubiicit, verum ob ignauiam, mutat caſum quando adminiſtrat. & dic fecerunt, id eſt adminiſtrauerunt. Et ſecundum hoc quod dicit, ſi

Remotus à tutela quando infamatur.

Sic Flor. perperã ex corruptis libris Ferretus putat legendum, inopiam, nec rectè cũ l.8. j. eod. conciliat hunc locum.

UNED

dolo: ſub. vel ignauia, vel negligentia, vt.ſ. poſuit. ſed ſecundum primum caſum non repetuntur: ſed notabiliter ponit, ſi dolo &c. Alij dicunt ob hoc ſolum quòd non geſſit, non remouetur: ſed propter fraudem ſic: vt hîc. Vel non poteſt remoueri verbis.ſ.l. xij.tab.vt in prin.§.ſed ex mente ſic: vt hîc in fi. & in contrariis.& & facit infra eo.l.impuberibus.§. fina.

SVſpectus fieri is quoq; qui ſatis dederit, [a] vel nunc offerat, poteſt. Expedit enim pupillo rẽ ſuam ſaluã fore †quàm tabulas rem ſaluã fore cautionis habere. Nec ferẽdus eſt cõtutor qui ideo collegam [b] ſuum ſuſpectum non fecit, quoniã cautũ erat pupillo:

VI. CALLISTRATVS *libro quarto de Cognitionibus.*

QVia ſatiſdatio [c] propoſitum tutoris maleuolum nõ mutat, †ſed diutius graſſandi [d] in re familiari *facultatem præſtat.

Adulti poſſunt accuſare curatorem de ſuſpecto cum conſilio cõſanguineorũ. ſecus in pupillo.

VII. VLPIANVS *libro primo de omnibus Tribunalibus.*

IMpuberibus quidem nõ permittitur [e] ſuſpectos facere: adulescẽtibus planè volentibus ſuſpectos facere curatores ſuos permittitur, dummodo ex conſilio neceſſariorum [f] id faciant.

Tutor poteſt remoueri propter latam culpam. Bartolus.

Si fraus non ſit admiſſa, ſed lata neglegentia: quia iſta [g] prope fraudem accedit, remoueri hunc quaſi ſuſpectum oportet.

Ex ſola contumacia quis ſuſpectus efficitur: & vt ſuſpectus remoueri poteſt. Bartolus.

Præterea †acceſſerũt quædam ſpecies ex epiſtula Imperatoris noſtri & Diui Seueri ad Atrium Culonium. * nam aduerſus eos qui ne alimenta decernantur, ſui copiam perſeuerant non facere: vt ſuis rebus [h] careãt præcipitur: reiq; ſeruandæ cauſa pupillus in poſſeſſionem mittatur eius qui

SVſpectus.] CASVS. Siue velit tutor ſatiſdare rem pup. ſal. fo. ſiue non, & non gerat: ſuſpectus poteſt poſtulari & remoueri: quia hoc vtilius eſt pupillo. Secũdò dicit quòd contutor tenetur contutorem ſuum malè gerẽtẽ ſuſpectum poſtulare: & ſi nõ faciat, ſuccedaneus eſt periculi: nec habet excuſationem eo ꝙ contutor ſuus malè gerens caueat pupillo. & .l. ſeq. reddit rationẽ. Viuinia.

† Ad hunc locum vide Ant. Aug.li. 4.ca.8.

a *Satis non dederit*. aliàs deeſt non: & eſt poſtea, vel non offerat &c. ſed malè, quia non conuenirent ſequentia. ſed & ſatis legi poteſt. Illud autem verũ eſt, quòd qui nõ ſatiſdat cum debet, ob hoc ipſum poteſt remoueri vt ſuſpectus. & ſi ob dolum, cum infamia. ſi inopia, nõ: vt no. Cod.de tut.& cura.qui ſatis non de.l.ij. & hic. Et hoc eſt verum de inope ſi magis expedit pupillo habere cautũ vel remoueri: quàm bonos mores tutoris. aliàs non remouetur, ſed curator adiungitur: vt inſtitu. eo.§.fin. &.C.eo.l. pietatis. &.l. in poſtulãdis. in eo autem qui nõ debet ſatiſdare, ſolùm inſpicitur ſit fidelis, an nõ: vt ita vel adminiſtret adiuncto curatore, vel repellatur.

† Hæc verba ponit gl. in ca. venerabili. ſuper verbo ſuſpectus. poſt med.ibi, nec admittẽdus. extra de offic.de lega.

* pupillari

† Cõcor. cũ hoc.§. glo.2. poſt med.in ca.atſi clerici. extra de iudiciis.

* Atrium Colonium.

b *Collegam*. quem poteſt & debet accuſare: vt.ſ.eo.l.iij.in princip. Sed argu. contra ſupra de admi.tutor.l.actus.

c QVia *ſatiſdatio*. ſic inſti.eod.§. nouiſſimè.

d *Graſſandi*. id eſt malè agendi.& facit infra de ap.l. imperatores. §.fi.&.ſ. de teſta.tu.l. teſtamento.§.ij.

IMpuberibus.] CASVS. Impuberes per ſe non poſſunt tutores ſuos ſuſpectos poſtulare: puberes autem ſic: cũ conſilio tamen amicorum & conſanguineorum ſuorũ. Secundò dicit quòd etiam per latam culpam remouetur tutor à tutela. Tertiò dicit, quòd ſi tutor à prætore vocatus vt conſtituantur pupillo alimenta, nõ veniat: mittitur pupillus in poſ.bo. eius: & poteſt vendere pupillus de dictis bonis curatore ſibi dato ea quæ ſunt futura deteriora ꝓpter moram: & ipſe tutor vt ſuſpectus remouetur ab eius pupilli tutela. Quartò dicit, quòd ſi tutor datus alicui pupillo non compareat, debet citari: & ſi non veniat, debet remoueri vt ſuſpectus ſi prætori placet. iſtud tamen raro eueniet, id eſt euenire debet: vt ſcilicet quis non gerens remoueatur vt ſuſpectus. Viuianus.

e *Non permittitur*. per ſe: ſed alij ꝓ eo poſſũt: vt.C.eo.l.pietatis in fi.

f *Neceſſariorum*. amicorum vel conſanguineorũ: vt.ſ.de iureiuran. l.fina. vnde Iob: Neceſſarij mei venerũt ad me. Azo. & facit inſti. eo.§.impuberes. Et not. differre adultum curatorem habentem à pupillo: vt.ſ.de in lit. iuran.l.videamus.& ſic arg. contra.C. de in

Adultus curatorem habens differt à pupillo.

integ. reſti.mi.l. ſi curatorem habens.

A *Quia iſta*. ſcilicet lata culpa. nam lata negligentia dolo comparatur: vt.j. de reg.iur.l.negligẽtia.&.ſ.ſi men.fal.mo.dix.l.j.§.ideo. & depoſiti.l. quod Nerua. & de acti.& oblig.l.j.§.is quoque apud quem. ibi, magna tamen negligentia &c fallit tamen in criminibus: vt infra ad le. Cornel. de ſica.l. in lege. & facit Cod.de offic.præfect. præt.l. ſi quos. & ſupra eod.l.tutor.§.fina. &.l. hæ enim. in fine.

Lata neglĩgẽtia an dolo comparetur.

ADDITIO. Ex hac gloſ.not. ſecundũ Bart. hîc quòd lata culpa æquiparatur dolo. quod intellige quantùm ad remouendũ: non quãtùm ad infamandũ: per eundem Barto. in.l.iij.§. fina. ſupra eod.

ſuſpectus ſentẽtia ſua [i] factus eſt: queq; mora deteriora futura ſũt, curatore dato [k] diſtrahi iubẽtur.

Tutor qui copiam ſuo pupillo agere volenti non præſtiterit, tãquã ſuſpectus remouebitur. Bar.

Item ſi quis [l] tutor datus non compareat, ſolet edictis [m] euocari:
B nouiſſiméque, ſi copiam ſui non fecerit, vt ſuſpectus remoueri ob hoc ipſum, [n] quòd copiam ſui non fecit. quod & perrarò & diligenti habita inquiſitione [o] faciendum eſt.

Suſpectus dicitur tutor ex moribus, nõ ex diuitiarum defectu. Bartolus.

VIII. IDEM *libro ſexageſimo primo ad Edictum.*

SVſpectum tutorem eum putamus, qui moribus talis eſt,
C vt ſuſpectus ſit. Enimuero tutor quamuis pauper eſt, †fidelis tamen & diligens, remouendus nõ eſt [p] quaſi ſuſpectus.

Si tutor coniunctus per remotionem infamaretur: melius eſt ſibi curatorem adiũgi. Bartolus.

IX. MODESTINVS *libro ſingulari de Eurematicis.*

SI tutor aliquo vinculo neceſſitudinis vel adfinitatis pupillo coniunctus ſit, vel ſi patronus pupilli liberti tutelã gerit, & quis
D eorum à tutela remouendus videatur: optimum factu *eſt curatorem ei potius adiungi, quàm eundem cum notata fide [q] * & exiſtimatione remoueri.

Poſt remotionem non ſpectat ad tutorẽ periculum tutelę. Bar.

X. PAPINIANVS *libro duodecimo Quæſtionum.*

h *Suis rebus*. Dicũt quidam, pupillorum: vt ita tutoribus auferatur adminiſtratio. ſed certè imò tutoris ceſſantis: vt ſtatim innuit, eius qui &c. Sed ad quid hoc fiet? Reſpon. vt cautum ſit pupillo ſi quid eius intereſt pro malè geſtis vel neglectis: nõ quòd ex eis alatur, ſed de ſuo: vt.j.tit.ij.l.fi.in fi.

i *Sententia ſua*. per fugam enim vel per ceſſationem ſe condẽnat: vt in authen. de exhiben. reis.§.ſi verò.colla.v. & remouetur vt ſuſpectus: vt ſupra eo.l.tutor.§.tutor. & inſti.eo.§.ſi quis.

Fuga fugiẽtem condẽnat.

† Huc pertinet lepidiſſimum Ariſt. Prob. ſectio ne ſeu particula.18. inſigniaq; & in primis ſcitu digna exempla apud Val. Maxi. lib.4.cap.4.

k *Curatore dato*. ad cuius officiũ pertinet talia diſtrahere: vt ſupra de adminiſt. tut.l. inter & facit. C. de adminiſtra. tu,l.tutor.§.j.

l *Item ſi quis*.ſ. citatur vt alat, hic vt adminiſtret.

m *Edictis*. ſcilicet trib⁹, vel vno pro omnibus: vt.ſ.de iudic.l. ad perẽptorium.&.l. ſeq.

* Fl. factum

* Vulg. nota fidei & exiſtimationes.

n *Ob hoc ipſum*. ergo hoc regulare, quòd ille qui accuſat, probat dolum vel negligentiam tutoris: vt ſupra de proba.l. quoties.§.qui dolo ſed in caſibus præſumitur: vt hîc, & arg.C.de iudi. auth. iubemus. Item in aliis: vt ſupra eo.l.tutor.§. ſin autem ipſe tutor.&.§.ſi tutor inimicus.&.§.tutor qui.&.§.tutores qui. ſed poſſet etiam iſte cogi adminiſtrare: vt.C.eo.l.præſes.

o *Inquiſitione*. nam cauſa cognita fit tutoris remotio iudice ſeden-
E te pro tribunali: vt.j. ad Turpil.l.j.§. ſuſpecti. Item videtur contra ſupra eo.l. hæ enim.in fi. ſed poſſes dicere quòd hîc adminiſtrabat. vel dic vt ibi not.

SVſpectum.] CASVS. Quãuis tutor ſit pauper, nõ remouetur ꝓpter hoc à tutela vt ſuſpectus. ſed ita demũ ſi malè gerat. Viuia.

p *Non eſt*. ſed curator adiungitur: vt inſti.e.§.fi.&.C.eo.l.pietatis. Nec ob.contra.C.de tuto.qui ſatis non de.l.ij.&.ſ.e.l.ſuſpectus. vt ibi no. Item facit infra.l. proxi.item &.C.de inceſt. nup.l. humilẽ. &.j.de priui.cre.l.ſi creditorem.&.C.eo.l. in poſtulandis.

SI tutor.] CASVS. Quidam ſunt tutores quos nominat: qui ſi propter dolum accuſentur de ſuſpecto, non debent remoueri, imò curator eis debet adiungi. Viuianus.

q *Notata fide*. id eſt nota infamiæ iuris: vel nota apud bonos & graues. & poteſt dici hoc eſſe conſilium: ſed bene poſſet remoueri: vt tamen non inſeratur cauſa doli quæ irrogat infamiam: vt ſupra

pra eo.lj.§. oſtendimus.in fi. Vel dic ſecundò quòd nullatenus eſt remouendus, ſed curator adiungitur: vt hîc. Vel tertiò diſtinguitur, an propter dolum: vt tunc non remoueatur. an verò culpa ei obiiciatur, & tunc ſic: quia tunc non timet infamiam. & ſic loquitur.d.§.oſtēdimus: Item videtur contra. C. arbi. tu.l.fi.§.fin.vbi indiſtinctè remouetur. ſed ibi ſpeciale quando ob inuentarium nō factum: hîc ob aliā cauſam. Vel econtra illa determinatur per iſtam: vt in aliis tutoribus intelligatur, non in iſtis. Et not. ratione conſanguinitatis aliqua fieri, quę aliàs nō fierent. ſic infra de receptatoribus.l.iij. &.s̃. de pac.l.antepe.&.j̃. de le.j.l. ſi domus.§. qui cōfitetur.&.s̃.de vſufru.l. ſi extraneo.&.s̃.de mino.l.ſi in emptione.&.s̃.ſolu.matri.l.Caius.in fi.&.s̃. de his qui deiec. vel effu.l.ſi verò.§.hęc autē.

Conſanguinitatis ratio ne aliqua fiunt quæ aliàs non fierent.

DEcreto.] CASVS. Remotus à tutela non tenetur plus gerere: & non ſunt res plus periculo eius. Viuianus.

a *Non timet.* Quia ab eo tēpore quo cœpit cauſa ſuſpecti moueri, interdicitur ei adminiſtratio: vt inſtit.eo.§. ſi quis autē. Et no. quòd in duobus caſib⁹ defendit quis ſe in cauſa ſuſpecti per procuratorē: vt ſupr.de procura.l.non ſolùm.§. finali. quod eſt contra regulā: vt.j̃. de publi.iudic.l.penult.§.ad crimē. cōſtat autē hoc eſſe publicum iudicium: vt.s̃. eod.l.j.§. cōſequens. Itē not. hic quòd cōſequitur quis ex eodē facto præmiū & pœnam. ſic Codi.de his qui ſibi adſcribunt in teſtamento l.j. Arg.contra ſupra de nego.geſt.l. ſiue hereditaria. & hic nota. ADDITIO. Pro ſolutione vide diſtinctionē quam ponit Dy. ī ca.quod ob gratiā.de regu.iu.lib.vj.

† Hoc θεμάτιον nō habetur hoc loco in Codice Florētino verùm habetur.j̃.tit.ſeq. l.ἀπελεύθερον §.Imperator Hadrianus. & ideo hîc perperā in vulgata editione additur. & in pleriſq; manuſcriptis.

Suſpecti cauſa quādoque per procuratorem defenditur.

POſt finitā.] CASVS. Si inſtituta accuſatione de ſuſpecto finiatur alio modo tutela, illa accuſatio de ſuſpecto ſoluitur. Viuianus.

b *Soluitur.* vt inſtit. eo. §.ſed ſi ſuſpecti. &.C.e. l.j. quia agi poteſt tutelæ: vt.j̃. de tut.& ra.diſtr.l. niſi &.l.ſi tutor. in fine.&.l.ſeq. & oportet quòd agi poſſit de iure & de facto ad hoc vt ceſſet accuſatio ſuſpecti vt.s̃.eod.l.iij.§. nunc videamus &.§.quęri.&.§. ſi quis abſuturus.&.§.ſi curator. Itē not. quòd deſiſtēs ab accuſatione

† Vulg. de excuſationibus tutorū, & tēporib⁹ earū. Vide ad intelligētiam huius libri Antonium Augu. lib.ſingulari ad Modeſtinum.

DEcreto prætoris vt ſuſpect⁹ remotus, periculum futuri temporis non timet. [a] Iniquum enim videtur, remoueri quidem à tutela vel cura, in futurum autem non eſſe ſecurum.

Finita cauſa litis finitur inſtantia. Bartolus.

XI. IDEM *libro quinto Reſpōſorum.*

POſt finitam tutelam cognitio ſuſpecti tutoris, quamuis pridem recepta, ſoluitur. [b]

A ſeruis pupilli poteſt inquiri & inueſtigari de fraude tutoris. Bartolus.

XII. IVLIVS AQVILA *libro Reſponſorum.*

NIhil proponi, cur pręſcribere [c] curator poſſit [d] in cognitione ſuſpecti, quò minus religio prætoris à pupillari ſeruo detegente fraudes inſtruatur.

Pater cogitur ſe obligare pro filio tutore ſi eſt neceſſe. Barto.

[Imperator [e] † Hadrianus Britaſio Pollioni legato Lugdunēſi in hæc verba reſcripſit: Si Iſidorus Marcus, quāuis filiusfamilias ſit, tutor tamē idoneus eſſe videtur: pater autē eius idcirco cauere non vult, vt filiū ſuum tutelæ eximat, & in hoc artificio perſeuerauerit: exiſtimo te huic fraudi rectè occurſurū, vt & filius & ipſe ad tutelā liberorum Clemētis gerendam compellantur.]

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum Liber viceſimus ſeptimus.

### DE EXCVSATIONIBVS. †

### TITVLVS I.

Tutor vel curator liberto dari niſi in ſubſidium ingenuus prohibetur: datus autem ſe excuſare debet: aliàs ad rationum redditionē ſe obligat: libertus verò non poteſt ſe à dicto onere excuſare. h.d. Nico.de Neap.

I. MODESTINVS *libro primo Excuſationum.*

ἙΡέννιος Μοδεστῖνος Ἰγνατίῳ Δέξτρῳ. συγγράψας σύγγραμμα ὡς ἐμοὶ δοκεῖ χρησιμώτατον, ὅπερ παραίτησιν ἐπιτροπῆς καὶ κουρατορείας ὠνόμασα, τοῦτο σοὶ πέπομφα. ποιήσομαι δὲ ὡς ἂν οἷός τε ὦ τὴν περὶ τούτων διδασκαλίαν σαφῆ ἀφηγούμενος τὰ νόμιμα τῇ τῶν ἑλλήνων φωνῇ, εἰ καὶ οἶδα δύσφραστα εἶναι αὐτὰ νομιζόμενα πρὸς τὰς τοιαύτας μεταβολάς. προσθήσω δὲ τῇ τῶν λεγομένων διηγήσει αὐτὰ τὰ τῶν νόμων ῥήματα, εἴπου καὶ τούτου δεηθείην, ἵνα τήν τε τῶν λεκτέων B καὶ τὴν τῶν ἀναγνωστέων χρῆσιν ἔχοντες, τὸ ὁλόκληρον τοῖς δεομένοις καὶ τὴν ὠφέλειαν παρεχώμεθα. Λεκτέον τοίνυν πρῶτον, τίνας οὐ δεῖ χειροτονεῖσθαι. Ἀπελευθερικοῖς ὀρφανοῖς εὐγενεῖς οὐ δώσουσιν οἱ ἄρχοντες ἐπιτρόπους ἢ κουράτορας, πλὴν εἰ μὴ παντελὴς ἀπορία κατὰ τὸν τόπον ἀπελευθέρων ἐστίν. ἀπελευθερικοῖς γὰρ ἀπελευθέρους μόνους δεῖν δίδοσθαι τουτὸ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου ὄντας, θείου Μάρκου ὀρατίων κελεύει. ἐὰν δὲ δοθῇ, θειότατος Σεβῆρος τῶν ἀφηλίκων προνοούμενος, C ὑπεύθυνον αὐτὸν εἶναι τῇ ἐπιτροπῇ, ἐὰν μὴ ἐμπροθέσμως δικαιολογήσηται, ἀντέγραψεν. Οὐκ ἔξεστιν κουρατορεύειν μνηστῆρα μνηστῆς, ὡς ἡ σύγκλητος λέγει, χειροτονηθεὶς δὲ ὁ τοιοῦτος ἀπολυθήσεται.

Antonij Auguſtini interpretatio.

HErēnius Modeſtinus Ignatio Dextro. Vtiliſſimum, vt mihi videtur, opus cōfeci, quod inſcripſi De tutelæ & curę excu- D ſatione, idque ad te miſi. In quo, quantum potui, apertè eum tractatum explicaui docens Græcè noſtra iura, quæ quàm difficulter vertantur, non ignoro. Dúmque ea explico, addo ſicubi opus eſt, ipſa legum verba, vt his qui dicendi & legendi vſum habent, hoc deſiderantibus, perfectum auxilium præſtare poſſimus. Principio igitur dicendum eſt, quos creari non oporteat. Libertinis pupillis magiſtratus inge- E nuos tutores aut curatores non dent, præterquam ſi maxima inopia ſit eo loci libertorum. Iubet enim Diui Marci oratio, vt libertinis qui in eodem oppido ſunt, liberti dentur. Sed ſi detur ingenuus, Diuus Seuerus minoribus conſulens reſcripſit obnoxium fore tutelæ, niſi intra conſtitutum tempus allegauerit excuſationem. Non licet ſponſo ſponſæ curatorem eſſe, vt ſenatus cenſuit: creatus autem hic, remouendus eſt.

non incidit in Turpil. vt.j̃. ad Turpil.l.j.§. ſuſpecti. Item no. nō re- A fert qualiter fiat accuſatio, dummodo fiat remotio. ſic.C. de inſt. & ſubſti.ſub conditio. fac.l.iij. vbi de hoc dixi.

NIhil.] CASVS. Adultus accuſauit curatorē ſuum de ſuſpecto. bene poteſt introducere in teſtē ſeruum ſuum proprium. [IMPERATOR.] Quidā qui vocabatur Clemens, dedit tutorē filiis ſuis Iſidorū Marcum filiūfamil. Titij, & ipſum Titiū patrē Iſidori Marci. Titius pater cogitauit, ego non ſatiſdabo pro filio meo cōtutore meo rem pu. ſal. fo. & ſic nō erit tut. certè iſta fraus nihil ei ꝓderit: imò ipſe & filius ſuus Iſidorus erūt tutores malo ſuo velle. Viui. 1. excuſatio.

c *Præſcribere.* id eſt excipere. ſic ponitur.j̃. de adul.l.ſi maritus.§. præſcriptiones.

d *Poſſit.* ſcilicet cū effectu: quia nō poteſt, vel quia nō poſſit, id eſt debeat ex neceſſitate. nam hîc nō habet neceſſe facere: quia ſi opponat, parū prodeſſet: vt arg.s̃. de admi.tut.l.ad inſtruendam.&.j̃. de tuto. & rat.diſt.l.j.§. de ſeruis.& C.de admi.tu.l.lex quę.§.j.arg.cōtra.C. de teſti.l.ſeruos. Sed hîc ſpeciale fauore pupillorū. ſic s̃.eod.l.tut.§.præterea. 2 excuſatio.

e *Imperator Hadrianus.* quamuis & c. quidā habent hanc.l. hic, ſed eſt in textu.j̃.titu.j.l. ſi quis inter tres.§. imperator.

DE EXCVSATIONIBVS.

*Vt ſenatores alij ſenatu mouentur, alij excuſantur, ita tutores vel curatores. & quia de tutela aut cura motis reiectiſq; dixit ſuperiori titulo proximo, reſtabat vt adiiceret de excuſatis, déq; variis excuſationum cauſis, quæ hoc titulo proponuntur.* Cuia.

HErennius.] CASVS. Herennius Modeſtinus miſit quādam Epiſtolā Ignatio Dextro, in qua dicit qualiter ipſe Herēnius fecit librum de excuſationibus tutorū: & hūc lib. vult ita aptare quod de excuſationibus tutorū ſit manifeſta doctrina. dicit ergo pri⁹ quod ingenui nō debent dari tutores pupillis qui ſunt libertini: & ſi dentur, habent excuſationem. ſi autem non excuſent ſe cū poſſint: bene erūt obligati rationibus tutelæ. Item ſponſus non poteſt eſſe curator ſpōſæ ſuæ. Viuianus.

UNED

a *Herennius*. ſubaudi, ego. Et not. quòd noſtri docto. intelligunt quòd ex legibus Latinis antiquis Herennius fecit librum transferendo in Græcũ. & quia bene compilauit, reaſſumptus eſt in Latinum: vt hîc. & facit pro eis quod eſt. j. Grӕcorũ voce. Sed certè bene poteſt dici ecõtra, quòd ex Græco in Latinũ trãſtulit Herẽnius. & dices in Græco. i. ex Græcorum voce. Acc.

b *Vocaui*. ego Herennius Modeſtinus.

al. curæ

c *Legalia*. id eſt leges ipſas. Et not. quòd innuit quòd primò fuerũt leges in Latino: quia dicit, voce Græcorum: & dicit, transferendũ. ſed certè aliqua prius in Latino, & aliqua prius in Græco. Hoc tamen eſt, quòd à Græcis habuerunt originem: vt inſtit. de iure natura. §. & non inelegãter. ſicut in qualibet arte: vt in principio ſui tractatus dicit Priſcianus. tamen conſtat hanc legũ compoſitionẽ in Latino prius fuiſſe conſcriptam: vt Cod. de veteri iure enucleando. l. ij. §. hoc autẽ quod ab initio. in fine primæ colla. ſecundum Azo. & H. eſt ergo melior alia expoſitio: & dic, ad transferendũ de Græco in Latinum.

Iura hoc. n. ſignificat ꝓpriè νόμιμα Cont.

†Neceſſitatem hoc loco. vt, cũ neceſſe habeamus dicere, & reiterare ipſamet legũ verba latina [in iudiciis] ſolidũ id quo egẽt, & plenã vtilitatẽ præſtemus. hæc enim verba neq; à vetere neque à quoquã recentiorẽ interprete ſatis aut intellecta aut expreſſa ſunt. Cont.

d *Inepta*. quia ſæpe nõ poteſt bene fieri tranſlatio de vna lingua in aliam.

e *Dicendorum*. i. eorum quæ ſum dicturus. H.

f *Verba*. Latina, vt dicunt. melius dic, Græca. nã & aliàs hoc frequenter fit quòd verba Græca ponuntur in legibus Latinis: vt patet. s. de contrahen. empt. l. j. §. pen. & in multis aliis locis: vt inſti. de contrahẽ. empt. vbi habemus Græcum. Accurſius.

Vulgaris.

Herẽnius [a] Modeſtinus Ignatio Dextro S. Conſcribens librũ, vt mihi videtur, vtiliſſimum, quẽ excuſationem tutelæ & curatoriæ vocaui, [b] hunc tibi miſi. faciam autẽ, quoad poſſibile erit, de his doctrinam manifeſtam, enarrãs legalia [c] Græcorum voce: & ſi cognoui inepta [d] ea ad B transferendum eſſe. Apponam etiam dicendorum [e] narrationi etiam ipſamet legũ verba, [f] ſi tamen eorũ erit neceſſitas: vt dicẽdorum ſimul & legendorum † vſum habentes, integritatem indigentibus & vtilitatem præbeamus. Dicendum igitur primum eſt, quos creari non oporteat. Libertinis pupillis ingenuos [g] tutores vel curatores præſides non dabunt: niſi omnimodo libertinorũ penuria [h] ſecundum locum C illum ſit. Libertinis enim libertinos ſolos oportere dari, qui ex eodẽ loco ſint, oratio diui Marci iubet. Si autem dabitur, [i] diuus Seuerus impuberum curam habẽs, [k] obligatum eum eſſe tutelæ, niſi iuſtè rationes reddiderit, reſcripſit. Non poteſt curator eſſe ſponſę [l] ſpõſus, vt ſenatus dicit: creatus autẽ talis abſoluitur.

Aetas ſeptuaginta annorum probata legitimè à tẽpore creationis perfectam tribuit excuſationem à tutela vel cura teſtamẽtaria vel datiua. Nico. de Neapo.

g *Ingenuos*. nec illos qui habent ius anulorum aureorum: vt. j. eo. l. cum ex oratione.

h *Penuria*. neceſſitas legẽ non habet. ſic no. s. de offic. conſu. l. j.

i *Dabitur*. ſcilicet ingenuus libertino tutor, ſcilicet de facto: tenet de iure vt hîc: niſi ſe excuſet: vt. C. e. l. iij. & . s. de tuto. & cura. da. ab his. l. pupillo. §. j. nam multa quæ fieri non debent, facta tamen tenent: vt & infra. quando app. ſit. l. j. §. biduum & ſupra de fer. l. j. & ibi no.

QVi pro tutore negotia geſſerit, eandem fidem & diligẽtiã præſtat, quam tutor [b] præſtaret.

V. VLPIANVS *libro decimo ad Edictum.*

EI qui pro tutore negotia geſſit, contrarium [c] iudicium competit.

## QVOD FALSO TVTORE auctore geſtum eſſe dicatur.

## TITVLVS VI.

I. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

*In falſum tutorem pupillo eſt actio protutelæ ex ſuperiori edicto,ex hoc autem in eundem eſt actio in factum reſtitutoria ei qui cum pupillo eo auctorẽ contraxit falſum eum eſſe tutorem ignorans,& interdum etiam ſi ſciens in id quod intereſt.Cæterum hoc diſtat vna ab altera,quod protutelæ tenetur is qui pro tutore etiam bona fide geſſit,in factum is tantum qui dolo malo auctor factus eſt vel qui dolo malo fecit vt alius auctoraretur inſcius: Et quòd protutelæ ceſſat ſi perſona eius cuius negotia geſta ſunt tutorem non recipiat, in factum ob eam cauſam non ceſſat.ac præterea hæc actio in factum pro pœnali habetur, vt expoſui 25.tit.6.Cuia.*

H*Vius edicti.* Primò commendat edictum. Secundò ponit verba edicti. Tertiò per modum cuiuſdam reprehenſionis conqueritur defectuoſum eſſe edictum. Quartò intrat materiam diſputationis circa hoc edictum. ſecunda ibi, verba autem.tertia ibi, verbis edicti.quarta ibi,itẽ hoc edictum.vſque ad §.ait prætor. CASVS. Quia multi cum falſis tutoribus contrahẽtes decipiebantur: ideo prætor ſuper hoc ſuum edictum propoſuit, volens remedium contrahentibus adhibere. cuius edicti verba ſunt talia: De eo quod geſtum erit eo auctore qui tutor non fuerat,dabo in integrum reſtitutionem actori ſi ipſe ignorauerit falſum eſſe tutorem. & hæc verba habes partim in primo. §. huius.l.& partim in eadem. l. §. pe. quod edictum prætoris laudat dominus Vlpianus, dicens: Huius edicti æquitas non eſt ambigua, imò certa. poſitum eſt enim ne contrahentes decipiantur, dum falſus tutor adhibetur. dicit tamen dominus Vlpianus quod dictis edicti verbis multa deſunt. dicit enim tantummodo de eo qui tutor non eſt. nunquid ergo ſi tutor eſt, auctoritatem tamen non poteſt accommodare pupillo contrahenti? certè perinde eſt ac ſi non eſſet tutor. iſtud ergo deeſt verbis prætoris. & ponit duo exempla de eo tutore qui non poteſt auctoritatem præſtare. Item & iſtud aliud deeſt verbis edicti. poteſt enim eſſe quod non eſſet tutor,& tamen auctoritas ſua valeret, puta ſi duo tutores auctoritatem in contrahendo præſtent pupillo quorum vnus eſt verus, alter falſus. valet enim quod agunt. Item & iſtud aliud deeſt verbis edicti. non enim fuit locutus prætor niſi de vno tutore. nam habet locum id quod dictum eſt in vno, etiam ſi plures falſi tutores interueniant. Item & iſtud aliud eſt: quia non dixit de protutore: in quo quidem idem eſt, ſcilicet vt ſicut in primo & tertio habet locum in integ. reſtit. vt dictum eſt: ita & in hoc. & hoc verum eſt, niſi prætor iuſſerit cum his contrahi. nam tunc in integ.reſtit. non dabitur. Item laudat Vlpianus alia verba quæ ſunt in eodem edicto,ſi id actor ignorauit &c. & reddit rationem ad edictum prætoris: quia contrahens cum pupil. falſo tutore auctore, & ſciens eum eſſe falſum, decipit ſeipſum:& ideo non eſt mirum ſi prætor noluit ei ſubuenire. Quid ſi contrahenti dictum ſit falſum tutorem interuenire, & ipſe non credit? certè bene ſubuenitur ei. Quid ſi pupil. vel adultus contrahant cum pupillo falſum tutorem habente, & ſciant eum eſſe falſum? non nocet eis ſcientia. Quid ſi maiorem. xxv. an.velit falſus tutor conuenire nomine pupilli: & cum ille nollet ei reſpondere,ſciens eum falſum eſſe, prætor compulit eum reſpondere in iudicio:nunquid nocebit ei ſcientia? certè non. Quid ſi pupillus habẽs verum tutorem,eo auctore contrahat cũ alio pupillo falſum tutorẽ habente, vendendo ei puta rem ſuam, & ambo ſciant eum falſum eſſe? certè pupilli ſcientia non nocet ei. Sed nunquid ſcientia veri ſui tutoris ei nocet? & quibuſdã videtur quòd ſic, ſ. ſi ei pupil.cautum eſt contra ſuum verum tutorem,puta quia promiſit tutor rem ſuã ſaluam fore, & ſoluendo eſt idem tutor.ſed certè melius eſt quod ſcientia dicti veri tutoris nõ noceat pupillo, imò poſſit vindicare dictam rem ſuam venditã alij pup.habenti falſum tutorem,& non debeat expectare vt agat contra ſuum tutorem ex illa cautione qua promiſit res eius ſaluas fore:quæ cautio quodãmodo incerta eſt:quia non eſt certum vtrum pupillus finita tutela poſſit à tutore ſuo verò recuperare damnum ſibi contingens propter rem ſuam venditam. fortè enim efficietur tutor non ſoluendo.& quod dixit in prædicto caſu vbi vendit verus tutor rem pupilli ſui alij pupillo falſum tutorem habenti ſciente dicto vero tutore, & pupillo ſuo falſum eſſe alterius pupilli tutorem, ſ. quod pupillus non expectet incertum cautionis euentum,ſed rem ſuam vindicet:idem eſt in omni alio caſu vbi pupillus ſit deceptus auctoritate tutoris ſui: ſcilicet vt omiſſo tutore poſſit iuuari contra aduerſarium ſuum qui eum tutorem dixit.hoc dicit cum.ll.ſeq.vſque ad.l.nouiſſime. Viuianus.

HVius edicti æquitas [d] non eſt ambigua: [e] ne contrahẽtes decipiantur, dũ falſus tutor adhibetur. Verba autem edicti hæc ſunt: *Quod eo auctore* (inquit [f]) *qui tutor nõ fuerit.* [g] Verbis edicti multa deſunt. [h] Quid enim ſi fuit tutor, is tamen fuit qui auctoritatem accommodare non potuit, puta furioſus, [i] vel ad aliam regionẽ datus? Sed Pomponius libro trigeſimo ſcribit, interdum quamuis à non tutore geſtum eſt, non pertinere ad hanc partem edicti. Quid enim ſi duo tutores, alter falſus, †alter verus, auctoritatem accommodauerint? nonne valebit [k] quod geſtum eſt? Item hoc edictum licet ſingulariter [l] ſcriptum ſit, ſi

† vtile mixtum cũ inutili ipſum quoque facit vtile. Ita Græci ad.l.1.C.de rei vxor.act.

d *Æquitas.* quod eſt infra proxi.§.&.§.fina.&.l.nouiſſime.

e *Ambigua.*i.dubia,imò certa & indubitata.ſ.ne contrahẽtes &c.

f *Inquit.* ſcilicet prætor.

g *Non fuerit.* geſtum erit: ſubaudi, dabo in integrum reſtitutionem:quæ verba detruncatè poſita ſunt: vt.j.ea.l.in fin.Item poſtea adiiciuntur in edicto prætoris, & illa verba quæ dant aliud remedium quæ habes.j.eo.l.nouiſſimè.in prin.Et not. quod tria remedia ex hoc edicto ſunt prodita.Vnum cõtra ipſum doloſum tutorem:vt infra eo.l.nouiſſime.in princ. Aliud contra eum qui dolo fecit vt non tutor auctoretur:vt infra eo.l.huius actionis. & iſta duo ſunt per actionem in factum:vt.d.l. nouiſſime.&.l.huius. §. j. Eſt tertium de reſtitutione in integrum danda contrahenti cum pupillo falſo tutore auctore contra ipſum pupillum, vt non noceat ei quod egit cum pupillo falſo tutore auctore vel ipſo tutore falſo.& de hac reſtitutione dicitur infra ea.l.§.fi.&.l.ſequen. vſque ad.l.nouiſſime.& in.l.nouiſſimè.§.Pomponius. &.l.ſi falſo.§.Pomponius.Sed ei cuius ſe tutorem eſſe dicebat, ſubuenit prætor per hoc edictum:vt infra eo.l.falſus. in princ. &.l. fi. quod poteſt dici quartum remedium.

h *Deſunt.* vt apparet per ſequentia.

i *Furioſus.* vnde perinde eſt habendum, ac ſi tutor non ſit. ſic. ſ. quod cuiuſque vniuer.nomi.l.j.§.& quidem.& inſti.de legi. agna. tut.§.quod autem.&.ſ.qui ſatiſda.cogan.l.quoties. &.j. de mune. & hono.l,vt gradatim.§.j. Sed in furioſo primum & quartum remedium ceſſant,& alia locum habent:& ſic hic intellige.

k *Nonne valebit.* certè ſic:& ita vtile per inutile non vitiatur: [a] vt infra de verb. oblig.l.j.§. penul.&.l. qui extrinſecus. & de ſtipula. ſeruo.l.ſi ſibi aut.j.reſpon.Argu.contra.ſ.de arbi.l. Pedius.§.in ſeruum.Accurſius.

l *Singulariter.* id eſt verbo ſingulari.nam ſic dicunt verba, quod eo auctore &c.vt.ſ.§.j.ſi tamẽ &c.ſic ibi,quod eo &c. &.ſ.de neg. geſt.l.iij.§.negotium.&.j.vi bo.rap.l.j.§.vel cuius.ibi, ſed & ſi vnus &c.Accurſius.

a] De hoc dic vt in ca. ſuper quæſtionum.§.ſi vero.extra de offic. deleg. vbi de hoc. Adde quod notaui in apoſti. ad.l.ſed & ſi ſibi.in verſi. utile per inutile.ſuper glo.in verb. adiectionẽ. infra de ſtipu.ſer.

*Pro tutore.*

a *Pro tutore*. id eſt putans vel fingens ſe tutorem, cùm non ſit: vt ſupra titu.j.l.j. in princ. &.§.j. Sed in eo qui putat, ceſſat primum remedium & quartum, cum exigant dolum: vt.d.l. nouiſſimè. in princ.&.l. falſus.in princ. Accurſius. A

b *His*. pro tutore gerentibus.& facit.ſ.de mino.l.ait prętor.§.permittitur.Accurſius.

c *Ait prætor*. hoc adde j.§.ſupra eo.

d *In integrum reſtitutionē*. expone vt in prin.no.

e *Decepit*.ſic.ſ.de actio. emp.l.j.in fi. & de ædil. edic.l.ſi tamen.§.in ędilitiis.&.l.j.§. ſi intelligatur.& ſupra ad Velleia. l.ij.§.verba.

f *SI id inquit*. prætor: vt.ſ.l.proxi.in fine.

g *Actor*. i.qui agit modò: qui.ſ.contraxit, vel aliquid egit cum falſo tutore,vel eo auctore.

h *Labeo*. ſ. adiecit.

i *Non crediderit*. quoniam idem eſt ac ſi non fuiſſet ei dictum, & ſic ei ſubuenitur:nam non fuit credulus.[a] ſic ſupra de eo per quē fac. erit. l.j.§.j.& de mino.l.tutori.in princ. Arg.contra. C.de rei vindic.l.ſi fundus.& ea quæ ibi no.& hic dici poſſent.

†hæc verba ponūtur in ca. eccleſia veſtra.ī glo. 2.in medi. ibi, & ſcienti prętor.extra de elect. a] Simile habetur in ca. quàm magnũ.in glo. 2.24.q.4.& in ca.illud. de cler. excommu. miniſt.

k *PLanè.Auxilio*. huius edicti,ſcilicet actione in factum, vel reſtitutione in integrũ per hoc edictũ: vt not. in princ. ſ.l.j.

l *Non nocet*. ſi non vtitur iure huius edicti: neque debet ei nocere exceptio inuēta contra edictum. ſic.C. de præſcrip. long.tem.l.j.

m *Cum pupillo*. falſo tutore auctore:vel cũ ipſo pupillo qui dicebat ſe alterius tutorē, cum nō eſſet,vel eſſe nō poſſet.

n *Actum ſit*.ſcilicet ipſo iure, nō eſt opus actione in factum,vel reſtitutione in integrum ex hoc edicto. nec ergo ſcientia huic edicto nociua nocebit huic: vt modò not. & hoc ꝗ ibi quis ipſo iure eſt tutus,non egeat auxilio extraordinario, patet ſupra de mi.l.in cauſæ. & facit infra eo.l.pupilli.

tamen plures interuenerint qui tutores non erant,tamen locum habere debere Pomponius libro trigenſimo ſcribit. Idem Pomponius ſcribit, etiam ſi pro tutore [a]negotia gerens auctoritatem accommodauerit, nihilo minus hoc edictum locum habere: niſi fortè prætor decreuit ratum ſe habiturum id quod his [b]auctoribus geſtum eſt. tunc enim valebit per prætoris tuitionem, nō ipſo iure.

Volenti & conſentienti non fit fraus neque iniuria,hoc dicit. B

Ait prætor, [c] *Si id actor ignorauit,dabo in integrũ reſtitutionem.* [d] Scienti † non ſubuenit: meritò: quoniam ſe ipſe decepit. [e]

In hac.l.& quatuor ſequētibus ponuntur perſonæ quibus non nocet licet ſciant ſe cum falſo tutore contrahere: & reſtituuntur in integrum. C

II. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.*

SI *id* (inquit [f]) *actor* [g] *ignorauit*. Labeo, [h]& ſi dictũ ſit ei, & bona fide non crediderit. [i]

III. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

PLanè ſi is ſit qui auxilio [k]non indiget, ſcientia ei non nocet: [l]vtputa ſi pupillus cum pupillo [m]egit. Nam cùm nihil actũ ſit, [n]ſcientia non nocet. D

IIII. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.*

[f] *Erit*. actor qui agebat rei vindicatione.

[t] *Compulſus*. ſciens falſum eſſe tutorem eum qui ſecum volebat agere nomine alicuius pupilli. H.

[u] *PVpilli*. qui ſciens cum tutore falſo alicuius pupilli contraxit: vt ſupra eod.l. planè. Accurſius.

MInori vigintiquinque annis [o]ſuccurretur [p]etiam ſi ſcierit.

V. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

INterdum tamē [q]etſi ſcientia noceat, [r]tamen reſtitutio [s]facienda erit, [ſ]ſi à prætore cōpulſus [t]eſt ad iudiciũ accipiendum.

VI. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.*

PVpilli [u] ſcientia computanda non eſt: [x]tutoris [y]eius cōputanda eſt. [z] vtique etſi pupillo [a]cautum ſit: melius [b] dicetur rem ſuā reſtitui pupillo, [c] quàm incertum cautionis [d] euentum eum ſpectare, * quod & Iulianus, ſi aliàs [e]circumuentus ſit pupillus, reſpondit.

VII. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

NOuiſſimè [f] prætor ait: *In eum qui cum tutor non eſſet, dolo malo auctor factus eſſe dicetur, iudicium* [g]*dabo: vt quanti ea res erit, tantam* *pecuniam condemnetur*. Non ſemper tutor conuenitur, nec ſufficit ſi ſciens auctor fuit: verùm ita demum, ſi dolo malo auctor fuit. Quid ſi compulſus, aut metu ne compelleretur, auctoritatem accommodauerit? nónne debebit eſſe excuſatus? [h] Quod ait [i] prætor, *Quanti ea res erit*: magis puto non pœnam, ſed

x *Computanda non eſt*.in hoc edicto, vt ei minus ſuccurratur per hoc edictum. Accurſius.

Minoribus, in vulg. edi.

y *Tutoris*. ſ. ſcientia.

z *Computanda eſt*. ſcilicet in hoc edicto, vt ei minus ſuccurratur.Hu. ſic ſupra de interro.act. l.ij.§.fina.

†Tamē etſi pro, tametſi hîc poſitum eſſe docet verbũ tamē mox ſubditũ.ſic & Cic. loquitur in epiſt. quadã ad Planciũ.

a *Si pupillo*.cōtra ſuum verum tutorem per ſtipulationem rem pupill. ſal.fo. & idoneus eſt,& eius fideiuſſor.

b *Melius*. dixerat ſcientiam tutoris nocere pupillo: nunc corrigit: & ſic non nocet.

c *Pupillo*. contrahenti cũ falſo tutore alterius: & dic reſtitui per hoc edictum.

*expectari.

d *Quàm incertum cautionis*.id eſt quàm agere ex cautione rem pupil.ſal. fore, in qua eſt dubius euentus: vt ſupra de pecu. l. quod debetur. & facit.ſ.tit.j.l.ij.

e *Si aliàs*. nam regulariter cōſtat habere minorem electionem velit agere contra tutorē vel cura. vel petere reſtitui contra aduerſariũ:vt.C. ſi tut. vel cura.l. etiā. & l.fi.& ita ergo fit hic.

*in tantam.

NOuiſſimè.] CASVS. Hucuſq; dixit qualiter ſuccurratur cōtrahenti cũ falſo tutore pupilli aduerſus ipſum pupillum:nūc qualiter ſuccurrat̃ aduerſus ipſum tutorem dolo malo auctoritatem accōmodantem. Et dicit quòd datur contra eum actio in factum ex hoc edicto quanti ea res erit. & bene dixit,dolo malo. nam aliàs non tenetur. & quod dixit,quāti ea res erit &c. exponit, id eſt verũ rei pretium. [POMPONIVS.] Nunc reuertitur ad auxilium reſtitutionis quod datur contrahenti cum falſo tutore pupilli contra pupillum. Et dicit quòd iſtis qui petunt reſtitutionem contra pupillum, debent refici impenſæ per falſum tutorem qui dolo malo auctoritatem accommodauit. & ita tangit hic.§. de primo auxilio, & de ſecundo huius edicti. [SI PLVRES.] Ponamus quòd plures dolo malo fuerunt auctores pupillo mecum contrahenti, cum non eſſent tutores. certè contra eos omnes habeo actionem in factum ad intereſſe. & ſi recupero ab vno intereſſe, cæteri liberantur. non autem ideo quòd incipiam contra vnum agere, liberantur alij. vnde ſi vnum conueni, & nihil ab eo conſecutus fui: totum conſequar ab aliis.& ſi partem fui conſecutus à conuento,reliquum conſequar ab aliis.& hoc dicit cum.l.ſeq. Viuianus. E

o *MInori vigintiquinque annis*. adulto tamen: vt differat à præcedenti.l.

p *Succurretur*. per hoc edictum, quia obligantur ipſo iure: vt.C. de in integ. reſt. mino. xxv.an.l. ſi curatorem.& ſecundũ hoc ipſo iure ſcientia nō nocet ſicut in pupillo. quod non videtur verum. Dic ergo quòd ſuccurritur per edictum de minoribus ad habenda remedia huius edicti, quæ non habet propter ſcientiam: vt.ſ.l.j.in fi. licet quo ad vnum de remediis, ſcilicet ſecundum quòd datur in integrum reſtitutio, videatur reſtitui vt reſtituatur. quod aliàs reprobamus: vt.ſ.de mi.l.interdum.

q *INterdum. Noceat*. ſcilicet aliàs: vt ſupra.l.j. in fi.hîc tamen non nocet.

r *Reſtituto*. ex hoc edicto contra ſententiam pro pupillo latam.& ſic dicit de tertio remedio. Sed nonne ipſo iure ſententia eſt nulla: vt ſupra de iudi.l.ij.§.j. ergo non eſt opus reſti? Reſpon.ibi erat iudex non ſuus: hîc ſuus. & facit ſupra de aucto.tut.l.j..in fi.&.ſ.eo. leg. nouiſſime.§.j. ADDITIO. Dic quòd imò videtur valere pro probatione tutoris ad hoc vt reſtitui non poſſit.& videtur obſtare l. j. §. idem Pomponius. ſ. eo.titu. Sed aliud eſt in compellendo litigantem, quo caſu iudicium in præiudicium pupilli non valet: & ideo litiganti & reo reſtitutio conceditur. & aliud eſt legitimare perſonam tutoris: & valet in præiudicium pupilli, & reſtitutio denegatur, ſecundum Bar.hîc.

f *Nouiſſimè*. hucuſque dixit qualiter ſuccurratur contrahenti cum falſo tutore pupilli contra ipſum pupillum, ſcilicet per in integrum reſtitutionem, vt ei non noceat quod egit: nunc qualiter ei ſuccurratur contra ipſum falſum tutorem cum quo contraxit. Accurſius.

g *Iudicium*. id eſt actionem in factum ex hoc edicto.

h *Excuſatus*. Reſpond. certè ſic.& ita not.quòd coactio magiſtratus eum excuſat: vt.ſ.ſi quis cau.l.ij.in fin.& etiam verus tutor nō debet cogi auctorare: vt.ſ. de aucto. præ.l. ſi tutor. & non valet quod ageretur: vt.ſ. de aucto.præ.l.j.in fi.

i *Quod ait*. ſupra in princ.l.

a *Veritatem*. id eſt veram rei æſtimationem : vt infra de verbo. ſignifica.l.inter hæc. & ſupra qui ſatiſda.cogan.l.ij.§.fina. & ſupra ſi quis ius dicen.non obtemper.l.j.§.fina. Sed & ſumptus continentur hac actione his verbis : vt infra proxi.§.& licet dicat, non pœnam, verum eſt reſpectu actoris: reſpectu tamen tutoris conuenti bene eſt pœna:quia ſoluit quod ei non adeſt. & ſic non obſtat dicta. l.j.ſi quis ius dicen. non obtemper.& facit infra eod.l. falſus.§.j. Accurſius.

b *Sumptuum*. vt ſupra proxi.§.dixi.

c *Reſtitutorio*. ex edicto poſito ſupra eod.l.j. in fine. ſcilicet contra pupillum cum quo cōtraxit falſo tutore auctore. Sed nonne habuit primo iudicio totum inter eſſe? ad quid ergo poſtea reſtituit? Reſpō. hîc nihil aliud petit, niſi vt nō noceat ſibi quod fecit cū eo. Vel dic quod voluit à tutore prius petere:niſi quod nō poterat petere à pupillo per in integrum reſtitutionem.Accurſius.

d *Perceptione*. ſic.ſ. de dolo.l.in plures.&.ſ.de iis qui deie. vel effud.l. perceptione. Accur.

e *Et ideo.Seruatum ſit*. ab vno falſo tutore.

f *Denegandã*.hãc actionem ex hoc edicto.ſic.ſ. quod met.cau.l.ſi cū exceptione.§.fi.&.l.ſeq.

A ait. ergo vltra annum & in heredem datur : vt infra de act.& obliga.l.in honorariis.&.C. ex delict.defun.l.j. Sed dic quòd hîc nihil peruenit ad conuentum : vnde quo ad eum pœnalis eſt : aliàs eſſet ſecus : vt in d.ll. Vel dic quod eſt ſpeciale in his honorariis. Item facit ſupra de alie. iud. mu. leg. item ſi res.§.fina. & .ll. ſequen. Accurſius.

veritatem [a] his verbis contineri. Pomponius libro trigenſimo rectè ſcribit, etiam ſumptuum [b] in hoc iudicio rationem haberi, quos facturus eſt actor reſtitutorio [c] agendo. Si plures ſint qui auctores fuerunt : perceptione [d] ab vno facta & cæteri liberantur, non electione.

VIII. PAVLVS *libro duodecimo ad Edictum.*

ET ideo ſi nihil, aut nō totum ſeruatum ſit : [e] in reliquos nō denegandam [f] in id quod deeſt, Sabinus ſcribit.

Non ſolùm falſus tutor tenetur hoc edicto, ſed etiam qui dolo fecit quod falſus tutor ſe interponeret, & datur heredibus: ſed nō contra heredes:nec in ipſum falſum tutorem poſt annum: & in dominos datur noxalis actio pro delicto ſeruorum. hoc dicit vſq; ad finem legis.

IX. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

HVius actionis [g] exemplo Pomponius libro trigeſimo primo ſcribit, dandã actionem [h] aduerſus eum qui dolo malo adhibuit vt alius auctoraretur inſcius. Has in factum actiones [i] heredibus quidem competere, cæteriſq; ſucceſſoribus : in eos [k] verò non reddi Labeo ſcribit: nec in ipſum [l] poſt annum:quoniam & factum [m] puniunt: & in

B dolum [n] concipiuntur : & aduerſus eas perſonas [o] quæ alieno iuri ſubiectæ ſunt, [p] noxales [q] erunt.

X. GAIVS *libro quarto ad Edictum prouinciale.*

SI falſo [r] tutore actum ſit, & interea dies actionis [ſ] exierit, aut res [t] vſucapta [u] ſit : omnia incommoda perinde ſuſtinere debet, [x] ac ſi illo [y] tempore vero tutore auctore egiſſet.

XI. VLPIANVS *libro trigenſimo quinto ad Edictum.*

C FAlſus tutor qui in cōtrahendo auctor minori duodecim vel quatuordecim annis fuerit, tenebitur in factum actione [z] propter dolum malum, cuiuſcumque conditionis fuerit, [a]

SI *falſo tutore*.] CASVS. Cum haberet Titius actiōem temporalem perſonalem vel rei vindicatiōem ad recuperandam rem ſuam contra Seium, pup.egit contra eum falſo tutore interueniente, & litem fuit conteſtatus : quæ conteſtatio nihil valuit propter falſum tutoré: nunc autem antequam veniretur ad ſentētiam, dies dictæ actionis temporalis exiuit:vel pupillus vſucepit rem prædictã Titij.quæritur,quid iuris ſit? certè Titius poteſt petere in integrum reſti. & ea petita & habita reſtituetur ei tempus actionis amiſſæ: & ponetur in eodem ſtatu ac ſi pupillus nō vſucepiſſet rē ſuam, perinde ac ſi vero tutore auctore cū pupillo litigaſſet. Viuianus.

r *Si falſo*. ſubau. cum : id eſt dicere,ſi actum ſit cum falſo tutore nomine pupilli: vel cum ipſo pupillo falſotutore pręſtante auctoritatem.

ſ *Dies actionis*.perſonalis qua conueniebatur falſus tutor nomine pupilli.

t *Aut res*. actoris qui agebat rei vindicatione.

u *Vſucapta ſit*. à pupillo.nam lit. conteſt. ſic facta vel iudicium ſic acceptum nullum eſt : ſicut & ſi coram non cōpetenti iudice egiſſet [a] : vt.C.ne de ſta.de.l.pe. & ad hoc eſt ſatis expreſſum.C. de tu. & cura.qui ſatis non de.l.iij.&.j.de rebus eo.l.qui neque.

a] Fortè ſecus ſi reſpōdiſſet : quia per reſpōſionem & litis conteſtationem ſecutã videretur acquieuiſſe. vide Bar.in.l.1. de iudic.& Spec.titu. de litis conteſt. l. pe.ver. itē dicit.

x *Debet*. pupillus: non ergo proficit ei vſucapio.& ſic eſt argu.cō-

D tra.ſ.de alie.iudi.l. item ſi res. in princi. in ipſo autem tutore falſo non poteſt poni.

y *Illo*. aliàs eſt alio : & ita eſt in libro domini mei.

HVius actionis.] CASVS. Non ſolùm datur contrahenti cum falſo tutore in integ.reſti petita actio. cōtra pupil. vt dictum eſt à principio.l.j. vſque ad.l. nouiſſimè. & non ſolum datur actio in factum contra falſum tutorem:vt.d.l.nouiſſimè. ſed etiam exēplo cuiuſlibet dictarum actionum datur cōtrahenti cum falſo tutore actio in factum contra illum qui dolo malo curauit vt alius tutor quã verus.i. tutor falſus det auctoritatem pupillo contrahēti. [HAS ACTIONES.] Actio in factum quæ datur contra falſum tutorem, de qua dictū eſt.ſ.eo.l. nouiſſimè.& alia actio in factum,de qua dictum eſt in princ.huius.l. cōpetunt heredibus contrahentis cum falſo tutore : ſed nō dantur in heredes falſi tutoris, vel in heredes illius qui curauit vt falſus tutor adhiberetur : nec dantur poſt annum cōtra falſum tutorem viuentem, vel cōtra illū qui dolo curauit vt falſus tutor adhiberetur.& eſt ratio : quia ſunt & veniunt ex delicto & dolo. & quia ſunt ex delicto,euenit etiam illud, quia noxaliter dantur contrahenti cum falſo tutore contra dominum vel patrem falſi tutoris : & cōtra dominum vel patrem illius qui dolo curauit vt falſus tutor adeſſet. Viuianus.

g *Huius actionis*. in factum ex hoc edicto contra falſum tutorem quæ datur ex verbis & ex ſententia : vt.ſ.eo.l.nouiſſimè.in prin.

h *Actionem*. vtilem in factum ex ſententia huius edicti : ergo vtilis:vt.ſ.ſi quadru.pau.l.j.§. penul.

i *Has actiones*. ſcilicet quæ dantur cōtra falſum tutorem:vt.ſ.eo.l. nouiſſimè. in princ. & alia quæ eius exemplo cōpetit in eum qui dolum malum adhibuit &c.vt.ſ. eo.in princ. huius.l.

k *In eos*. ſcilicet heredes.

l *Nec in ipſum*. falſum tutorem,vel eum qui dolum malum adhibuit &c.

m *Et factum*. i.delictum:facto enim obligatio oritur ex delicto:vt inſti.de obli. ex delic.in prin.nã ex delicto videretur venire.

n *Et in dolum*. id eſt propter dolum : vt ſupra eod.l. nouiſſimè. & in princ.huius.l.

o *Perſonas*. puta ſeruos qui gerentes ſe vt tutores auctoritatem præſtiterunt pupillo mecum contrahenti.

p *Subiectæ ſunt*. iure ſeruitutis,non filiationis : vt inſti.de noxa.§.fi.

q *Noxales*. igitur ex delicto ſunt : alioquin ſi ex cōtractu,de peculio daretur : vt.ſ. de iis qui deiec. vel effu.l.j.§.cum ſeruus.ſed cum ſit rei perſecutoria, non pœnalis : vt ſupra eo.l. nouiſſimè.§.quod

FAlſus tutor.] CASVS. Principium huius.l. cum vltima.l. huius tituli dant auxilium minori contra falſum tutorem qui ei fuit auctor in contrahendo, & dant ei actionem in factum ad recuperandum à falſo tuto. totum illud in quo deterioratus eſt minor. [QVI DOLO.] Dictum eſt in leg. nouiſſimè. quod ille qui contrahit cum pupillo falſo tutore auctore,habet actionem in factum contra eum falſum tutorem. modò dicit hîc quòd idem ſi præſtet falſus tutor auctoritatem filiofamil. vel filiæ, qui non dicuntur pupilli. & idem ſi ſeruo vel ancillæ. [IVLIANVS.] Quid ſi pater Titiæ minoris.xij. ann. eam mihi maritauit, & ſic non valuit matrimonium, & fortè propter hoc ego ſum in aliquo deterioratus? nunquid tenetur mihi dictus paterfami? & certè non: quia videtur dolo facere maritando filiam ante tempus : imò

E maxima affectione quam habet erga filiam. Quid ſi puella prædicta mihi per patrem maritata intra duodecim ann. decedat ante xij. ann. & dos ſit penes me qui debebam eſſe maritus, & fecerim ego pactum de lucranda dote vel parte ſi matrimonium ſolueretur morte mulieris : quod matrimonium non erat adhuc: pater autem prædictus, qui dolo in hoc verſatus fuit, condicit eam à me? certè potero eum doli exceptione ſummouere in totum ſi feceram pactum de tota dote lucranda : vel potero eum ſummouere in parte ſi feceram pactum de parte lucranda. Viuianus.

z *In factum actione*. contrahenti ſecum, vel cum pupillo ſe auctore : vt.ſ.ea.l. nouiſſimè.in princ. nō autem legas quod minori cui præbuit auctoritatem,teneatur: ſed hoc dicit infra eo.l.ſi.ſed certè in eo loqui poteſt, per.l.illam. Accurſius.

a *Fuerit*. falſus tutor.

*vel alieni.*

UNED

vel ſui iuris, vel alieni. [a] Qui dolo malo auctoritatẽ accõmodauit, tenebitur [b] hoc edicto. Sed & ſi quis [c] filiæfamilias auctor [d] factus ſit ad cõtrahendum, [e] tenetur. Ideq́; iuris eſt ſi ancillæ quis tutore auctore [f] crediderit. Nã omnibus iſtis modis propter tutorẽ decipitur is qui cõtraxit: qui aliter cum impubere contracturus non fuit, quàm ſi tutoris auctoritas interceſſiſſet.

Non punitur pater hoc edicto citra ætatem puellam nuptui tradens. quòd ſi dolo id pater faciat & puella intra duodecimum annum moriatur, & pater dotẽ repetat: gener poterit eum repellere doli mali exceptione his caſibus, quibus ſi fuiſſet matrimoniũ cõſtitutum, erat dotem totã vel partem eius lucraturus. h.d.

C Iulianus libro viceſimo primo Digeſtorũ tractat, an etiã in patrẽ debeat dari hæc actio, qui filiã minorẽ duodecim annis nuptũ dedit. Et magis probat patri ignoſcẽdum eſſe, qui filiã † ſuam maturius in familiam ſpõſi perducere voluit. affectu enim propẽſiore [g] magis quàm dolo malo id videri feciſſe. Quòd ſi intra duodecim annos hæc deceſſerit, cũ haberet dotẽ: putat Iulianus, ſi dolo malo cõuerſatus ſit is ad quem dos pertinet, [h] poſſe maritum doli [i] mali exceptione condicentem [k] ſummouere in * caſibus in quibus dotem vel in totũ vel in partem, ſi conſtabat matrimonium, fuerat lucraturus. [l]

a Vel alieni. vt filiusfami. Item ſi eſt ſeruus, habet locum noxalis: vt.ſ.eo. l.huius.§.fi.

b Tenebitur. contrahenti ſecum: & ideo hunc caſum repetit, vt addat ſequentes.

c Sed & ſi quis. aſſeren s ſe tutorem: & illam ſuam pupillam, cum eſſet alterius filia.

d Auctor. aliàs tutor.

e Ad contrahendum. cum aliquo.

f Tutore auctore. ſcilicet falſo, qui ſe tutorẽ, & illam liberam, & pupillã ſuam aſſerebat.

g Propenſiore. præſumitur enĩ cauſa affectiõis feciſſe magis q̃ dolo. ſic ſ.de ritu nupt.l.non ſolùm.§.denuo.&.ſ.de adopt.l.nec ei.§. eorum. & in authen. vt ſine prohibi.in princi.colla.v.

h Pertinet. puta pater, vt dixit, qui dotauit. Itẽ ſi extraneus dotãs eam, ſibi reddi ſtipulatus ſit.

i Doli. nõ pacti: qa vbi nõ tenet matrimonium nec pactũ: vt.C.de condic.ob cauſam. l. j. Sed pacto nõ appoſito non daretur exceptio. Acc.

k Condicentẽ. per cõdictionem ob cauſam, vel ſine cauſa: non actione de dote: quia dos nulla, cũ matrimoniũ nullũ: vt dicta.l. C. de cõdict. ob cau.l,j.&.ſ. de condict.ob cau.l.fina.&.C. de dona. ante nupt.l.fi. Accurſius.

† In hũc locum Plato dialog.6. de leg. Ariſto. lib.7.Poli. cap.16.

l Lucraturus. puta per pactũ quod fecerat de ea lucrãda ſi prædecederet in matrimonio. Sed nunquid actio ex hoc edicto dabitur aliquo caſu? Reſpond. ſic, ſi ſoluta nõ eſſet, & eſſet promiſſa ſub prædicto pacto. Item exceptione doli, & actione ex hoc edicto poteſt haberi ratio fructuum qui eſſent viri ſi matrimoniũ eſſet nunc non ſunt: vt ſupra de iure do.l.dotis fructus.in princip. ADDITIO. Dic ſecundum Bald. hîc quòd hoc non eſt verum in actione ex hoc edicto: de qua proxi.not.ſupra. Ratio eſt: vt fructus eſſent mariti etiam ſi matrimonium tenuiſſet, exigitur quòd dos ſit tradita: vt.l.de diuiſione.ſupra ſolu.matri.& no.in dicta.l.dotis fructus. ſupra de iure dot. quod in quæſtione huius gloſſ. locum habere non poteſt, cum præſupponatur in ea dotem traditam nõ fuiſſe, ſecundum Iacob.de Ra. Sed ad hoc poteſt faciliter reſponderi ſi ponas patrem fuiſſe interpellatum, & ſic in mora, ſecundũ eundem Bald.

* Hunc caſum eſſe admirabilem, aiunt Græci ad.l.Inceſtę. ſ.de ritu nuptiar.

Verba huius edicti debent accipi cũ effectu, nõ tantùm ſi quis iactauit ſe eſſe tutorem. h.d.

XII. IDEM libro primo Reſponſorum.

EX eo quòd interrogatus [m] tutorẽ ſe eſſe reſpondit, nulla eum actione teneri. ſi tamẽ cum B tutor non eſſet, reſponſo [n] ſuo in aliquam captionem adoleſcentẽ induxit: vtilem [o] actionem aduerſus eum dandam. [p]

m Ex eo quòd interrogatus. fortè in iudicio confitendo coram iudice ſe tutorem.

n Reſponſo. facto in iudicio accepto nomine pupilli: vel aliàs in cõtractu aliquo inito nomine pupilli.

o Vtilem. ex hoc edicto: ſiue eius mente.

p Dandam. pupillo vel adulto facto. & eſt hoc quartum remediũ. Alij dicunt hîc loqui de actione protutelæ. ſed certè de ea dixit.ſ. titu.j.& in hoc differt hic titu.ab illo: vt no.ſ.in rubrica.

## DE FIDEIVSSORIBVS ET NOMINATORIBVS & HEREDIBVS TVTORVM & CVRATORVM.

*Sequuntur actiones quibus alij quam tutores vel curatores tenentur ex cauſa tutelæ curationis ve: ac primum fideiuſſores qui rem ſaluam fore cauerunt, tenentur ex ſtipulatu ſicut tutores finita tutela, vel ſicut curatores & qui pro tutore geſſerunt ſtatim atque quæque res ſalua non eſſe cœperit. Et nominatores tutorum, laudatores, adfirmatores, vtili ex ſtipulatu, quia fideiuſſorum vicem ſuſtinent, & ob id in 12.tabul. ſubuades appellati videntur. Et qui* A *curatores ſua ſponte petierunt.l.2.§.pen. Qui pet.tut. Et heredes tutorum & curatorum nõ defunctorum nomine, quod ſatis dictum eſt tit. 3. 4. 5. ſed etiã proprio nomine vtili tutelæ vel neg. geſtorum vel rationibus diſtrahendis, veluti ex proprio dolo vel ex propria adminiſtratione.* Cuia.

## DE FIDEIVSSORIBVS & nominatoribus, & heredibus tutorum & curatorum.

## TITVLVS VII.

I. POMPONIVS libro ſeptimodecimo ad Sabinum.

QVamuis heres tutoris tutor nõ eſt: [q] tamen ea quæ per defunctum inchoata C ſunt, [r] per heredem, ſi legitimæ [ſ] ætatis, & maſcul9 [t] ſit, explicari [u] debẽt: in quibus [x] dolus eius admitti poteſt. Quod [y] penes tutorẽ fuit, heres quoque eius reddere debet. Quod apud pupillum is [z] reliquerit, ſi heres capit, [a] nõ quidem crimine [b] caret, ſed extra tutelam eſt, & vtili actione [c] hoc reddere compellitur.

II. VLPIANVS libro trigenſimonono ad Sabinum.

D POſtulare [d] tutorem videtur & qui per alium poſtulat: itẽ nominare [e] & qui per alium hoc idem facit.

III. IDEM libro trigenſimoquinto ad Edictum.

QVamuis.] CASVS. Heres tutoris non eſt tutor: & nihilo minus quidẽ tenetur facere ac ſi eſſet tutor. primum eſt quod facere tenetur: ſ. explicare ea quæ ꝑ tutorẽ defunctũ ĩchoata ſunt. & hoc ſi hic heres eſt maſculus, & perfectæ ætatis: in quibus per tutorẽ inchoatis poteſt dictus heres ſine dubio dolũ cõmittere: & de eo debet teneri. Secundũ eſt: quia tenet᷑ reddere pupil. illud quod tutor reliquit apud pupillũ, & apud ſe heredẽ, puta pecuniã quam reliquit tutor in arca pupil. quę arca erat ĩ domo tutoris. Tertiũ: qa tenetur reddere pupil. illud quod ei aufert vel accepit. Vi.

q Tutor nõ eſt. vt &.ſ.de his qui not. infa.l. furti. §.pen.& ar. ſ. pro ſoc.l. heres ſocij. Accurſius.

r Inchoata ſunt. ſic.ſ. de tute.& ra. diſtra.l. ſi tutor poſt.

ſ Legitima. nã minor nõ eſt legitim9 adminiſtrator: vt.C.de legi.tut.l.fi.

t Et maſculus. non fœmina: vt.ſ.de legi. tut.l. pe. Accurſius.

u Explicari. in iudicio ſecus: vt.ſ.de iudi.l.tam ex contractibus.§.certe.

x In quibus. explicãdis.

y Quod. aliàs deeſt de eo.& eſt.§.quod penes. aliàs eſt.§.de eo &c. Alij habẽt.§.heres. ſed tu habeas.§.qđ apud &c. Ac.

z Is. ſcilicet tutor.

a Capit. id eſt accipit vel aufert pupillo.

b Crimine. ſcilicet dolo.

c Vtili actione. ſ. tutelæ ſi heres tutoris eſt: vt.j.eo.l.cũ oſtẽdim9.vel vtili nego.geſt.ſi eſt heres curatoris: vt.C.de neg.geſt.l.curatoris. Et ſic not.ꝙ nõ loquitur in inchoatis per defunctũ. facit ad prædicta.ſ.de admini.tuto.l.pen.& de tut.l.antepenul.&.j.eo.l.fin.§.j.& ſ.de neg.geſt.l.nam & Seruius.§.ſi viuo.&.l.qui aliena.§.tutoris.

E POſtulare.] CASVS. Rub. loquitur de nominatoribus tutorũ: q nominatores & poſtulatores tutorũ tenẽtur tanquã fideiuſſores: vt.j.titu.j.l.j.§.ſed ſi ordo. Iſta ergo lex dicit ꝙ nõ ſolùm iſte dicitur poſtulator vel nominator tutoris, qui per ſe poſtulat vel nominat: ſed etiã ille qui poſtulat vel nominat per alium. Viuianus.

d Poſtulare. coram iudice qui dare debet: vt infra de dam.infec.l. iiij.§.poſtulare.

e Nominare. inter abſentes: vt quando magiſtratus mittit nomina quorundam præſidi quaſi ſint idonei: vt ſupra de tut. & cura.da. ab iis.l.diuus.nam & hi tenentur in ſolidum: vt.C.de magi.conue. l.j.&.l.ij.& qui poſtulat tenetur, niſi ſit fœmina: vt.C.de adminiſtra.tut.l.fi.§.perſonis.&.C.ſi mater indem.pro.l.j.&.j.eo.l.cum oſtendimus.§.fi. Et nota quòd qui per alium &c. vt.ſ.de adminiſt. tut.l.ita autem.§.geſſiſſe.

ETiam.] CASVS. Tutor dedit pupillo fideiuſſores rem pupil. ſal. fo. poſtea cum prætor vellet alimenta conſtituere pupil. præcepit tutori vt diceret ei prætori quantã pecu. pup. habet tutor

cum haberet.xx.dixit de.x.tantùm.certè de.x. quæ tacuir, præſtare debet vſuram centeſimam: vt ſupra de admi.tut.l.tutor qui repertorium.§.idem ſolent. Certè ad eandem rationem vſurarum debet teneri fideiuſſores & heredes dicti tutoris.

a *Vſurarum*.ad quem modum vocetur tutor,habes.s.de adminiſt. tut.l.tutor qui repertorium.

C*Vm oſtẽdimus*.]C A S V S. Dixim⁹.s.l.j. quòd heres tutoris tenetur tutelæ iudicio. modò videam⁹ latius. & quæramus vtrũ heres tutoris teneatur de ſuo ꝓprio dolo vel adminiſtratione? Et certè Seruius iuriſcõſultus dixit quòd heres tutoris tenetur ſuo noĩe tutelę iudicio vtili in trib⁹ caſibus qui ſunt plani in litera vſq; illuc,nã cum permittatur,&c. & ibi reddit rationẽ.de negligẽtia tamẽ nõ tenetur. & ſi de pupil. pecu. fecit facta ſua,heres præſtare debet vſuras quãtas iudex ſuo arbitrio iudicauerit vel dixerit. [FIDEIVSSORES.] Cum iudex quæreret à tutorib⁹ fideiuſſores rẽ pupil.ſal.fo.dixerũt tutores: Ecce Titius & Seius amici noſtri & vicini qui intrãt pro nobis.&ſic iudex fecit ſcribi in quaterno notarij ſui ꝙ Titius& Seius extiterũt fideiuſſores pro tutoribus,ipſi tamẽ Titius & Seius hoc audiẽ tes nihil dixerunt.certè tenẽtur ac ſi promiſiſſent. & ſicut fideiuſſores tenẽtur & illi qui af firmauerũt idoneos eſſe tutores.& ſcias quòd fideiuſſores tutorum à pupillo cõuenti,ita bene poterũt reputare pupill. ſicut poſſent tutores.qualiter autẽ poſſent tutores, habuiſti ſupra de cõtra.iu.tut. l.j. §.fina.&.l.ſequ.& hoc dicit cum l.ſequen.Viuianus.

*L.i.4.s. de in lit.iur.*

ET iam fideiuſſorẽ & heredes fideiuſſoris ad rationẽ eandẽ vſurarum[a] reuocandos eſſe cõſtat,ad quam & tutor reuocatur.

Heres tutoris tenetur de ſuo ꝓprio dolo & adminiſtratione in tribus caſibus qui ſunt plani in textu,ſi poſt mortem.& reddit rationem ibi,nam cum,&c. de negligentia verò propria non tenetur heres tutoris.hoc dicit.

IIII. IDEM *libro trigenſimoſexto ad Edictum.*

CVm oſtẽdim⁹ heredẽ[b] quoque tutelę iudicio poſſe conueniri,[c] videdũ an etiã proprius eius dolus vel ꝓpria adminiſtratio[d] veniat in iudicium.Et extat Seruij ſententia, exiſtimãtis ſi poſt mortẽ tutoris heres eius negotia pupilli gerere perſeuerauerit,[e] aut ĩ arca tutoris pupilli pecuniã inuenerit,& conſumpſerit,vel eã pecuniã quã tutor ſtipulatus fuerat,exegerit:tutelæ iudicio eũ teneri ſuo nomine. nam cum permittatur aduerſus heredẽ ex proprio dolo[f] iurari in litem,apparet eum iudicio tutelę teneri ex dolo proprio. Neglegẽtia[g] planè propria heredi non imputabitur. Vſuras quoque eius pecuniæ quam pupillarem agitauit, præſtare debet[h] heres tutoris.Quãtas autẽ & cuius temporis vſuras præſtare debeat, ex bono & æquo cõſtitui ab iudice oportet.[i]

Si fideiuſſores permittũt ſe nominari à tutoribus,& in actis nomina ſua ſcribi nihil contradicẽtes, tenẽtur ac ſi ſtipulatio interceſſiſſet:& hi etiam qui affirmant fideiuſſores eſſe idoneos.Item fideiuſſores à pupillo conuenti habent eaſdem reputationes contra pupillum quas habent tutores.hoc dicit cum.l.ſequen.

B Fideiuſſores à tutoribus nominati ſi præſentes fuerunt, & non contradixerũt, & nomina ſua referri in acta publica paſſi ſunt: æquum eſt perinde teneri, atque ſi iure legitimo[k] ſtipulatio interpoſita fuiſſet. Eadẽ cauſa videtur adfirmatorũ:qui ſcilicet cum idoneos eſſe tutores adfirmauerit,[l] fideiuſſorum vicem ſuſtinent.

V. PAVLVS *libro trigenſimooctauo ad Edictum.*

C SI cum fideiuſſoribus tutoris ex ſtipulatione rem ſaluã fore agetur,eaſdem reputationes[m] habebunt quas tutor.

VI. PAPINIANVS *libro ſecundo Reſponſorum.*

PVpillus cõtra tutores eorúmque fideiuſſores[n] iudicẽ accepit. iudice defuncto pri⁹ quàm ad eum iretur, contra ſolos fideiuſſores alter iudex datus eſt. Officio cognoſcẽtis cõueniet, ſi tutores ſoluẽdo ſint,& adminiſtratio non diſpar[o] ſed communis fuit:portionum viriliũ admittere

D rationem ex perſona tutorum.

VII. IDEM *libro tertio Reſponſorum.*

*Adde ſingulare quod etiã vbi datus eſſet tutor à teſtatore hac lege quod non redderet rationem tutelæ,nihilo minus tam ipſe quàm heredes ei⁹ cogerẽtur, non obſtantibus verbis teſtatoris. Salyc.in.l. cum neceſſitate.C.de fideicom. quod dictũ exclamat do. Iaſon in act. in vlti. col. C. de tranſact.*

b *Heredem*.aliàs ſcilicet in noſtris libris eſt,ſed & Pompo.dixit.ſcilicet.ſupra eod.l.j.§.quod penes.

c *Conueniri*.ex facto defuncti.

d *Propria adminiſtratio*. non connexa cum eo quod defunctus inchoauit. Accurſius.

e *Perſeuerauerit*. alia noua inchoando.

f *Proprio dolo*. vel lata culpa.quod dic vt C.de in litem iuran.l.ij.& l.alio.Accurſius.

g *Negligentia*. id eſt,leuis culpa,ſed lata ſic:vt.C.de nego.geſt.l.curatoris.vbi ex pſona defuncti tenetur ſimiliter de dolo & lata culpa defuncti,nõ leui:niſi in caſibus tribus:vt.C.de here tu.l.j.at ipſe defunctus tenetur de dolo,lata culpa,& leui. vt. C.arbi.tut.l.quicquid. Item & illud conſtat,quòd etiam leuis culpa ſeu negligentia ei imputatur,ſi non explicet inchoata per defunctum:vt.s.eo.l.j.

h *Præſtare debet*. Sed cõtra ſupra pro ſoc.l.ſocium qui.in princ.&. §.j.Sed expone vt ibi.& facit.j.tit.j.l.j.non ſimiliter.Accurſius.

i *Oportet*. qui ſeruabit legem ſupra de vſu.l.j.in prin.

k *Iure legitimo*. id eſt,ſolenni ſtipulatione. Et ſic not.fingi ſtipulationem vbi non eſt.vt ſupra de adop.l.his verbis.&. C. de rei vxo. act.l.j.in prin.& infra de dam.infec.l.ſi finita. Item nota patiẽtiam & præſentiam præiudicare.ſic s.de iudi.l.quidam.& de exerci.l.j.§. magiſtrum. & ſupra man.l. ſi remunerandi.§. ſi paſſus. & infra ad muni.l.ij.§.j.& ſupra nau.cau.ſta.l.j.§.fi.& ſupra loca.l.cum in plures.§.locator.

*Præſentia & patiẽtia præiudicant.*

l *Affirmauerint*. ſic ſupra de pig. l. fideiuſſor. §. pater. & de inſtit.l. cuicunque.§.ſed & cum fullo.

A m SI *cum fideiuſſoribus*.Reputationes. vt.s.de compen.l.iiij.&.C. de exceptionib.l.defenſiones.Quas autem habeat tutor,habes ſupra de contrario iudi.l.j.§.fi.&.l.ij.&.iij.per totum.

P*Vpillus*.]C A S V S.Cum pupillus habuiſſet tutores tres,& quilibet tutorum dediſſet ei vnum fideiuſſorem rẽ pupil.ſal.fo. & finita eſſet tutela,& quilibet tutorum ſoluẽdo eſſet,& quilibet eorũ adminiſtrans,ſed communiter cũ aliis,& crederet pupil.quondam tut. malè adminiſtraſſe:impetrauit à pricipe literas cõtra eos & cõtra fideiuſſores ad quẽdam principem,aliàs iudicem.iure enim iſto poteſt cõueniri ſimul reus & fideiuſſor:&etiã prius fideiuſſor ſi vult ille qui habet eos obligatos. poſtea idẽ iudex mortuus eſt antequã corã eo irẽt partes.poſtea ſicut ſuperiora euenerũt de facto, ita & iſtud aliud euenit, ſcilicet ꝙ pupillus impetrauit aliũ iudicem cõtra ſolos fideiuſſores.Certè ſicut tutores prædicti haberent beneficiũ vt viriliter cõdemnentur: vt.s. de tute. & rat. diſtra. §. nunc tractemus. ita ex perſona tutorũ habent beneficium fideiuſſores eorum.Viuianus.

n *Fideiuſſores*.dic à ſingulis tutorib⁹ ſingulos fideiuſſores datos. vel dic ab vniuerſis vniuerſos.Vnde ſicut tutores, ita & ipſi habent beneficiũ epiſtolę.ſecus ſi ab vno tutore darẽtur plures fideiuſſores:vt infra rem pupilli ſaluam fore.l.fina.niſi adultus factus ſibi præiudicet de nouo ſtipulando:vt infra.l.proxi.vel aliter eam exponas.Accurſius.

o *Non diſpar*. id eſt, non diuiſa à teſtatore,vel à iudice: quia tunc ipſo iure fideiuſſor vnius non tenetur pro altero:vt ſupra de admi. ni.tut.l.ſi minoris.Et facit ad.l.iſtam infra de fideiuſſ.l.inter eos.&. l.fideiuſſores.in prin.&.l.inter fideiuſſores.

S*I fideiuſſores*.]C A S V S. Tutor Titij pupilli dedit tres fideiuſſores, pone rem pup.ſal.fo. finita tut.cum pupil. poſſet ante conuenire fideiuſſorem quàm tutorem,vt dixi ſupra.l.j.fideiuſſores ab eo impetrauerũt vt prius tutorem conueniret: & præter hoc promiſerunt pupil. quondam ſe reddituros ei illud quod non poſſet habere à tutore. adultus egit contra tutorem:& cum deberet recipere.xx.non potuit exigere niſi decem.nunc petit reſidua.x.à fideiuſſoribus ex ſecunda ſtipu. ipſi cum ſint ſoluendo, volunt beneficium diuiſionis.quæritur,nũquid habeant illud beneficium?Et dicitur quòd ſic: & eſt ratio, quia licet ipſi aliàs non poſſunt habere hoc beneficium:vt infra rem pupil.ſal.fo.l.fi. tamen hîc debent habere: quia illud onus fideiuſſorum quod ſuſtinent aliàs,ſcilicet ne inter eos diuidatur actio, vt dixi, videtur per adultum ſuſceptum per cau.ſecundam, id eſt,videtur velle adultus ſtipulando ab eis illud à tutore ſeruari non poſſe vt ipſi habeant beneficium diuiſionis, ſicut habent alij fideiuſſores qui non promittunt rem pupilli ſaluam fore, ſed aliquid aliud:de quibus habes inſtit.tit.de fideiuſ. Et ad dictam rationem eſt alia ratio.ego video quòd ſi plures mãdent pecuniam credi Titio per Seium,& Seius conueniat mandatores,diuiditur actio inter eos. cur ergo in noſtro caſu non debeat diuidi?Certè imò debet:quia ita bene ſoluunt pro alio fideiuſſores tutoris,ſicut faciunt mãdatores. Viuianus.

E

S I fideiuſſores a qui rem ſaluã fore pupillo cauerant, tutorẽ adoleſcẽs vt ante conueniret petierãt, atq; ideo ſtipulanti promiſerunt ſe reddituros quod ab eo ſeruari nõ potuiſſet: placuit, inter eos qui ſoluẽdo eſſent, actionem reſidui diuidi, quòd onus b fideiuſſorum ſuſceptum c videretur. Nam & ſi mãdato plurium pecunia credatur, æquè diuiditur d actio. Si enim quod datum pro alio, ſoluitur: cur ſpecies actiõis e æquitatem diuiſionis excludit?

Licèt heres tutoris teneatur de dolo & culpa eius qui iure datus fuit tutor, non tamen eius qui nõ iure datus fuit. hoc dicit.

VIII. PAVLVS *libro nono Reſponſorum.*

H Eredes eius qui non iure tutor vel curator datus adminiſtrationi ſe nõ immiſcuit, dolũ & culpam præſtare nõ debere. f Paulus reſpõdit, tale iudicium in heredẽ tutoris transferri oportere, quale defunctus ſuſceperit. g

Caſum ponit.

a *Si fideiuſſores.* fideiuſſores qui cauerant rem pupilli ſaluam fore, petierunt vt adultus primò conueniat tutores, quàm eos qui habebant electionem: vt. C. de fideiuſſo. tut. l. j.

b *Onus.* quod erat ne diuideretur actio: vt ĵ. rem pupil. ſal. fo. l. fin.

c *Suſceptum.* ab adulto per cautionẽ ſecũdã: vt ĵ. de prętor. ſtipu. l. penult. Et dic quòd adulto facto fuit facta promiſſio, & ſic ſibi pręiudicauit. aliàs non haberet locũ beneficiũ epiſtolæ: vt ĵ. rẽ pupil. ſal. fo. l. fi. Alij diſtĩguũt in fideiuſſorib. vnius tutoris: aut ſimpliciter ĩterceſſerũt, & tũc ceſſat epiſtola: vt. d. l. fi. an etiã à principio promiſerũt quod ab alio ſeruari nõ poterit, vel rẽ pupil. ſal. fo. quod idẽ eſt: vt. C. eo. l. fi. & tunc in illo reſiduo locum habet epiſtola: vt hîc dicit. ſed hęc litera non bene patitur hunc intellectum.

d *Æquè diuiditur.* vt. C. de conſtitu. pec. l. fin.

e *Actionis.* vbi ergo eadẽ æquitas, & eadẽ ratio, & idem ius: vt. ſ̃. ad leg. Aquil. l. illud. & C. de li. præ. l. j. Itẽ facit. ſ̃. proxi. cum ſimilibus.

H *Eres.*] CASVS. Licèt heredes tutoris teneãtur de dolo & culpa tutoris iure dati, qui tutor nõdũ adminiſtrauit: tamen ſi non fuit iure datus, nõ tenẽtur heredes. [PAVLVS RESPONDIT.] Si lis eſt conteſtata contra tutorem etiam de dolo, vel lata culpa, vel negligentia, de omni eo tenetur heres. Sed ſi lis non erat conteſtata contra tutorem, nũquid tenetur heres de dolo defuncti? Certè ſic, puta quia doloſè fecit tutor vt tutelaria inſtrumẽta perirent. Nam ſi tenetur heres ex dolo defuncti in omnibus contractibus, bene eſt quòd teneatur cũ tutelæ agitur: ſed propter ignorantiam heredum ſubuenitur eis vt non iuretur contra eos in litem, quamuis contra tutorem in litem iuraretur ſi viuerent. & hoc dicit vſque ad finem tituli. Viuianus.

f *Non debet.* quia nec is cui ſucceſſit, ſi viueret: vt. C. de teſt. tu. l. j.

g *Suſceperit.* erat ergo lis conteſtata cum defuncto.

h *Hoc.* quod dixit Paulus.

i *Non inueniſſe.* dolo vel culpa defuncti: cum lis ſit cõteſtata: vt. C. de here. tuto. l. j. & dic inſtrumentum tutelæ, inuentarium, &c. inſtrumenta pupilli: vt. C. de in lit. iur. l. alio.

k *Nam cum.* argumentatur à ſimili: vel à minori. q. d. ſi lite etiam non conteſtata tenetur de dolo defuncti heres, vt hîc, & infra de actio. & obliga. l. ex depoſiti. & l. ex contractibus. & de reg. iur. l. hoc iure. §. fi. ergo lite conteſtata multo magis tenetur de dolo etiam & culpa, & omni eo in quo etiam defunctus: vt in prin. l.

l *Conſtitutionibus.* iſtę cõſtitutiones loquũtur in alio caſu: ſcilicet lite nõ cõteſtata, & ſic nõ cõtradicũt Paulo: nec corrigũt eũ: licèt H. contra. & ſic non tenetur de leui culpa defuncti: ſed nec ipſe fuit in lata culpa, de qua ſola tenetur: vt. C. de neg. geſt. l. curatoris. quia ignorat vbi ſunt illa inſtrumenta: vt & ĵ. de re iudi. l. qui in alterius.

m *Hoc.* quod dicunt conſtitutiones. & ſunt iſtæ conſtitutiones C. de nego. geſt. l. curatoris. & de in lit. iuran. l. alio. & ſimiles. & adde quod not. ſ̃. eo. l. cum oſtendimus.

n *Perpetuantur.* facit inſtitu. de perpe. & temp. act. §. pe. & C. ex delic. defunc. l. j. Accurſius.

DE MAGISTRATIBVS CONVENIENDIS: & eorum heredibus.

*Tenentur etiam magiſtratus municipales in factum actione ex S.C. qui iuſſu præſidis tutores vel curatores dederũt vel rem ſaluã fore ſatis exegerũt vel ſatiſdari nõ curauerũt vel de facultatibus tutorũ præſidi falſa renuntiauerunt vel qui eũ de nominibus tutorũ inſtruxerũt vel qui moniti tutores vel curatores nõ dederũt. quæ actio ſubſidiaria eſt. nec enim aliter competit quam ſi non ſint ſoluẽdo hi quos ſupradiximus teneri ex cauſa tutelæ curationiſve. ſed & ſuperiores ex edicto prætoris priuilegiariæ ſunt, tutelæ, protutelæ, negotiorũ geſtorũ, hæc nõ eſt priuilegiaria, itémque in herede magiſtratus non datur omnimodo. nam & quaſi pœnalis eſt, ex dolo aut culpa, non ex contractu vel geſtu* A *vel quod ad magiſtratũ aliquid peruenerit, licet reuera non pœnã, ſed id quod intereſt perſequatur, ſicut & quæ in eũdem datur ſi dãni infecti caueri nõ curauerit l. 4. §. in eũ De damn. infect. & hæc ita fiunt in prouinciis. In vrbe hac actione tenetur ſcriba vel officialis vel quis alius quẽ prætor dedit vt ſatis acciperet vel pbaret fideiuſſores tutorũ & curatorum vel qui alias prætorẽ inſtruxit de nominib⁹ aut facultatib⁹ tutorũ l. vltim. C. e. l. 1. §. ſi præſes. §. Diuus hoc tit. Ipſi magiſtratus vrbani vel puinciales, quia hæc per ſe non obeũt, ſed iniũgũt aliis, hoc iudicio nõ tenẽtur. itaq; magiſtrat⁹ hoc titulo, vt li. 49. tit. 10. vt frequentiſſime in his libris, ſunt municipales magiſtrat⁹ ſiue duũuiri.*

Hoc h eò ptinet, vt nõ excuſetur heres ſi dicat ſe inſtrumẽta tutelaria non inueniſſe. i Nã cũ k ex omnib⁹ bona fide iudiciis pter dolũ defuncti heres teneatur: idẽ puto obſeruãdum & in tutelæ actione. Sed cõſtitutionib⁹ l ſubuẽtũ eſt ignorãtię heredũ. Hoc m tamen tũc obſeruãdũ eſt, cũ poſt B mortẽ tutoris heres cõueniatur: nõ ſi lite cõteſtata tutor deceſſerit. Nã litis cõteſtatiõe & pœnales actiones trãſmittũtur ab vtraque parte, & tẽporales perpetuãtur. n

DE MAGISTRATIBVS conueniendis, *

* Additur in indice, & heredibus eorum rectè, vt oſtẽdit. l. 7. ĵ. eo.

TITVLVS VIII.

Ordo decurionum, fideiuſſores & nominatores magiſtratuũ non tenẽtur actione ſubſidiaria, ſed bene ipſi magiſtratus: tamen C ſi ordo ſuſcepit in ſe periculum, tenebitur hac actione, ſcilicet hi tantùm qui præſentes fuerunt. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro trigenſimoſexto ad Edictum.*

I *N ordinẽ ſub.*] CASVS. Magiſtratus alicuius ciuitatis ad quos ſpectat tutorũ datio, dederũt alicui pupillo tutorẽ pupillus poſtea fact⁹ adultus nõ inuenit ſoluẽdo tutorẽ: vnde vult recurrere ad ſubſidiariam actionẽ. quæritur, cõtra quẽ poſſit eã intẽtare? & certè cõtra magiſtratus prædictos: nõ autẽ contra ordinẽ decurionũ. Itẽ nec cõtra fideiuſſores prędictorũ magiſtratuũ qui dederũt tutorẽ & reddit rationẽ. Itẽ nec cõtra noĩatores dictorũ magiſtratuum. Quod autẽ dixi ordinẽ decurionũ nõ teneri ſubſidiaria, fallit in caſu, ſcilicet quãdo receperũt decuriones in ſe periculũ: & eo caſu illi tãtũ qui fuerũt præſẽtes, tenebũtur. Quod autẽ dixi in magiſtratibus ciuitatis, & ordine decurionũ ciuitatis, intelligas in magiſtratibus, & ordine decurionũ municipij. [NEQVE PRÆTOR.] Quidã ſunt qui dãt tutores, nõ tamẽ habẽt neceſſe exigere ſatiſdationẽ à tuto. rẽ pupil. ſal. fo. ſicut prætor, & quidã alij de quibus dicitur inſtitu. de ſatiſda. tuto. §. fi. Dicitur hîc quòd ſi illi tales dent tutores, D nõ tenẽtur ſubſidiaria. [SI PRÆSES.] Præſes Lõbardiæ iuſſit magiſtratib⁹ Bonoñ. vt ei renũtiẽt vtrũ Titius ſit diues homo: quẽ Titiũ præſes vult dare tutorẽ Titio pupillo. & ipſi renũtiauerũt quòd diues erat ſatis. poſtea præſes eũ dedit tutorẽ. quæritur, vtrũ magiſtratus teneãtur ac ſi dediſſent? & dicitur quòd nõ, niſi renũtiauerĩt falſum per pecuniã vel per gratiã. [SI PRÆSES PROVINCIÆ &c. Titius pupillus petiit à præſide tutorẽ: venit Sẽpronius vicinus pupilli corã pręſide, & dixit: Dñe, Gaius idoneus tutor eſſet iſti Titio pupil. præſes hoc audito præcepit illis magiſtratib⁹ illius ciuitatis vnde erat & pupillus & Gaius, vt certiorarẽt eũ vtrũ Gaius eſſet idoneus: & ipſi renũtiauerunt quòd ſic: & ita præſes dedit eũ Gaiũ tutorẽ. nũquid iſti magiſtratus tenẽtur? & dicitur quòd ſic. [NON TANTVM.] Videas per te. [SI CVRATORES.] Præſes mãdauit magiſtratibus vt ſe prętorẽ inſtruãt vtrũ Titius eſſet idoneus curator cuidã adulto: & ipſi dixerũt quòd ſic: & ipſe præſes dedit eũ curatorẽ. dicitur hîc quòd tenentur magiſtratus. idẽ ſi mãdauit eis vt E darẽt eũ curatorẽ, vel ſatiſdationẽ ab eo exigerẽt. [MAGISTRATIBVS.] Præſes mandauit magiſtratibus Bononiæ vt darẽt tutorẽ Titio, & ipſi nõ dederũt. certè quicquid dãni habuit interim pupil. ei reſarcire debẽt. Si autẽ nõ fuit eis mãdatũ, nõ tenẽtur. [SCIENDVM.] Cũ magiſtratus deberet dare tutorem pupillo, vel poſtquã dedit tutorẽ, debẽs ſatiſdationẽ ab eo petere, diſtulit dare vel petere ad tempus ſucceſſoris ſui. Dicitur hîc ꝙ debet teneri. [DIVVS.] Magiſtratus dedit tutorẽ Titio: modo debebat ab eo exigere ſatiſdat. rem pupilli ſaluã fore, & nõ cognoſcebat fideiuſſores quos volebat dare tutor: & ideo elegit vnũ, qui cognoſceret vtrũ eſſent idonei fideiuſſores. & iſte cũ nõ eſſent idonei, renũtiauit eos idoneos. certè tenebitur pupillo. Vel pone quando pręſes dabat tutorem, & cõmiſit magiſtratui vt cognoſceret an eſſent idonei. [SI INTER MAGISTRATVS.] Duo magiſtratus dederunt tutorem Titio: & conuenerunt inter ſe, vt ſi aliquo tempore ageret contra eos pupillus ſubſidiaria actio. vnus eorum ſuo periculo reſponderet. Dicitur

hîc quòd ius publicum quod dicit vnumquemque teneri, nõ poſſunt ſuis conuentionibus tollere: ille tamen qui conuenit de ſuſtinendo periculo, prius conuenietur ſicut ſi ſolus ipſe dediſſet tutorem. [SI QVANDO.] Magiſtratus debent dare tutores de illa ciuitate vnde eſt pupillus. ſi autem non ſit de ciuitate vnde eſt pupillus, idoneus, debet quærere in proximis ciuitatibus, & renũtiare hoc præſidi: non autem ipſi ſua auctoritate dare. [SI MAGISTRATVS.] Magiſtratus dederunt tutorem bene idoneum Titio pupillo: & ſatiſdationem ab eo exegerunt. Dicitur hîc quòd tenẽtur ſubſidiaria ſi tutor nõ inuenitur ſoluendo tempore depoſiti officij. quòd ſi acceperunt ſatiſdationem à dicto idoneo tutore, tunc non tenentur. Quid autem ſi non exigeret ſatiſdationem, & idone⁹ inuenitur tutor tempore depoſiti officij? Certè non tenetur magiſtratus. Sed pone quod idoneum dederunt tutorem, & idoneum acceperũt de eo fideiuſſorem: tempore autem depoſiti officij tutores inueniũtur nõ idonei? Dicitur hîc ꝙ incumbit probatio magiſtratibus quòd fideiuſſor fuerit idoneus tempore quo eum acceperunt. [PRIVILEGIVM.] Quamuis pupillus habeat priuilegium in bonis tutoris cum agit contra eum tutelæ, tamen non habet in bonis magiſtratus cum agit contra eũ ſubſidiaria actione. [EXIGERE.] Quando magiſtratus exigit ſatiſdationem à tutore, debet facere venire coram ſe pupil. facereque eum ſtipulari à tutore, & à fideiuſſore eius rẽ ſuam ſal. fo. ſi autem pupil. non poteſt loqui, & habet ſeruũ, ſeruus ſtipulabitur. ſi autem nõ habeat ſeruum pupil. notarius vel ipſe magiſtratus ſtipulatur, & acquiret act. pupil. [SI FILIVSFAMILIAS.] Si filiusfami. voluntate patris magiſtratum gerens det tutorem, & ab eo nõ exigat ſatiſdationem: pater non tenetur niſi de peculio. & reddit rationem in fi. l. quia rem public. ſal. fo. videtur promittere pater qui dat voluntatem vt filius decurio creetur: nõ autem rem pupil. videtur promittere ſal. fo. Viuianus.

*ſcilicet decurionum Aug. ad modest. li. 6. de excuſ. tut.

* Vide Aug. lib. r. emen. ca. 3.

† In arch. doli. ſed erratum videlicet vicinitate d. præcedentis. Taurell.

In ordinem [a] * ſubſidiaria actio non datur, ſed in magiſtratus, * nec in fideiuſſores [b] eorum. Hi enim rempublicã ſaluam fore promittunt, non pupilli. Proinde nec nominatores magiſtratuum ex hac cauſa tenebũtur, ſed † ſoli magiſtratus. Sed ſi ordo [c] receperit in ſe periculum: dici debet teneri eos [d] qui præſentes fuerũt. Parui enim refert, nominauerint [e] vel fideiuſſerint, an in ſe periculũ receperint. Vtilis ergo in eos actio competit. Sed ſi à magiſtratibus municipalibus tutor datus ſit, nõ videtur per ordinem [f] electus.

Neque prętor, neque quis alius cui tutoris dandi ius eſt, [g] hac actione tenebitur.

Magiſtratus non dãtes tutores, ſed tantùm renuntiantes eorum facultates, non tenentur actione ſubſidiaria: niſi hoc facerent leniti gratia, aut pecunia corrupti; vel niſi præſes prouinciæ talibus magiſtratibus præcepiſſet vt exigerẽt ſatiſdationẽ à tutorib⁹. h. d.

Si pręſes prouinciæ denuntiare magiſtratus tantùm de facultatibus [h] tutorũ voluit, vt ipſe [i] daret: videamus an & quatenus teneãtur. Et extat diui Marci reſcriptum, quo voluit eos qui præſidi renuntiãt, [k] non perinde teneri, atque ſi ipſi dediſſent: ſed ſi deceperunt, gratia fortè aut pecunia falſa renũtiantes. Planè ſi præſes prouinciæ ſatis eos exigere iuſſit, non dubitabimus teneri eos, etiã ſi pręſes dederit. Si præſes prouinciæ nominibus ab alio acceptis, ad magiſtrat⁹ municipales, remiſerit vt ſe [l] de nominibus [m] inſtruãt, [n] & perinde inſtructus dederit [o] tutores: an exemplo eorũ qui prætorem inſtruunt, debeant magiſtratus teneri, quæritur. Vtique enim intereſt, vtrum ipſi magiſtratus nomina electa dederint præſidi, an ea quæ ab alio præſes accepit, inquiſierint. Et puto vtroque caſu ſic teneri, quaſi * dolo vel lata culpa verſati ſunt. Nõ tantũ pupilli, ſed etiã ſucceſſores eorũ ſubſidiaria agere [p] poſſunt. Si curatores fuerũt minus idonei dati, dicendũ eſt teneri magiſtrat⁹ oportere, ſi ex ſuggeſtu eorũ, [q] vel nominibus ab eis [r] acceptis, pręſes dederit. Sed & ſi ad eos remiſerit vt ipſi dẽt, vel poſt dationem vt exigerent ſatiſdationem: periculũ ad eos pertinebit. Magiſtratibus imputatur etiam ſi omnino tutor vel curator datus nõ ſit: ſed ita demum tenentur, ſi moniti [f] non dederint. Ideo dãnũ quod impuberes vel adoleſcẽtes medio tempore paſſi ſunt, ad eos magiſtratus ꝑtinere non ambigitur, qui munere mãdato non paruerũt. Sciendũ autẽ eſt, ſi magiſtratus municipales data opera tutelã diſtulerint in ſucceſſores [t] ſuos, vel ſi ſatiſdationem data opera traxerint quoad ſucceſſores accipiãt, nihil eis ꝓdeſſe. [u] Diuus Hadrianus reſcripſit, etiã in eum qui electus eſt ad æſtimandas tutorũ ſatiſdationes, [x] actionem [y] dãdam. Si inter magiſtratus hoc cõuenerit, vt alterius tantùm periculo tutores darentur: conuentiones pupillo non præiudicare diuus Hadrianus reſcripſit. Conuentione enim duumuirorum [z] † ius publicũ mutari nõ poteſt. [a] Prius tamen arbitror conueniẽdum eũ qui hoc ſuſcepit: deinde excuſſis eius facultatibus, tũc veniendum ad collegam: quemadmodũ ſi ſolus dediſſet, [b] diceremus prius eum, deinde collegam adgrediendũ. * Si quando deſint in ciuitate ex qua pupilli oriundi ſunt, qui idonei [c] videantur: officium eſt magiſtratuum, exquirere ex vicinis ciuitatibus honeſtiſſimum quemque, & nomina præſidibus prouincię mittere, nõ ipſos arbitrium dandi ſibi vindicare. Si magiſtratus ab initio tutorem idoneum dedit, & ſatis non exegit: non ſufficit. [d] Quòd

c *Sed ſi ordo.* decurionum.

d *Eos.* decuriones, & non præſentes.

e *Nominauerint.* ſcilicet aliqui tutores vel fideiuſſores qui tenẽtur: vt not. ſupra titu. j. l. ij.

f *Per ordinem.* decurionum.

g *Ius eſt.* ſcilicet tãtùm: vnde non etiam exigẽdi ſatiſdationẽ, vel nominandi tutores. alioquin cõtra: vt. ſ. de admi. tut. l. Æmilius. & ibi plenè no. & facit inſtitu. de ſatiſda. tuto. vel cura. §. fina.

h *Tantùm de facultatibus.* non de moribus. Azo & Hugo. imò non iuſſit vt daret, quod po tuit: vt inſtitu. de Attil. tu. §. ſed hoc. neque ꝙ ſatiſdationẽ acciperet: quia tunc teneretur: vt j. §. plane.

i *Ipſe.* præſes.

k *Renuntiaſſent.* nomina & facultates tutorũ.

l *Vt ſe.* præſidem.

m *De nominibus.* id eſt, de nominatorũ facultatibus & moribus. Et eſt hîc argu. quòd iudex debet inquirere de conditione teſtis.

Iudex de cõditione teſtis inquirere debet.

n *Inſtruant.* non facta prædicta denuntiatione.

o *Dederit.* ſ. præſes.

p *Agere.* contra magiſtratum. Accurſius.

q *Eorum.* magiſtratuũ. Accurſius.

r *Ab eis.* magiſtratibus. Accurſius.

ſ *Moniti.* per iuſſum. nam aliter dari non poterat olim, licèt hodie ſecus: vt inſtitu. de Attil. tut. §. ſed hoc iure. & not. admoniti. ſic. j. de dam. infec. l. iij. §. in eũ & de no. ope. nun. l. de pupillo. §. qui opus. Accurſius.

t *In ſucceſſores.* quaſi dicat, remittũt hoc onus dandi tutores ad ſuos ſucceſſores in dignitate. ſic ſupra qui. ex cau. maio. l. ſed & ſi per prętorem. §. proinde ſi dũ vult.

u *Prodeſſe.* quin teneatur. & ſic paria ſunt nõ dare, & malè dare: vt. j. ad munici. l. ij. §. ſi. & j. eo. §. ſi inter.

x *Satiſdationes.* id eſt, fideiuſſores, ſint idonei vel nõ. ſic & ſ. qui ſatiſda. cog. l. ſi ab arbitro.

y *Actionem.* ſ. in factũ: vt. C. eo. l. ſi.

† Duumuiri qui fuerint late explicat Alex. ab Alex. Gen. dier. li. 3. ca. 16. & Lazius. Cõm. reip. Rom. lib. 3. cap. 2.

* Totidem iã verb. poſitus fuit hic §. in l. Diuus ſ. De tutoribus & cura. datis ab his, & c. nec videtur ad hũc titulum multũ pertinere.

*quatenus.

z *Duumuirorum.* i. magiſtratuũ municipalium: vt Cod. de iudi. l. fin.

a *Non poteſt.* vt & ſupra de pac. l. ius publicum. & de tranſact. l. iij. in principio. & infra de admi. re. ad ciui. perti. l. j. §. ius reipublicæ.

b *Dediſſet.* & alter dare negligeret. nam hæc ſunt paria, non dare, & malè dare: vt. ſ. §. ſciendũ. ſic & in duobus tutoribus vno gerente, altero non: vt. ſ. de admini. tut. l. tutores. §. in eum.

c *Idonei.* facit. ſ. de tu. & cura. da. ab iis. l. diuus. & quòd ibi not.

d *Non ſufficit.* quin teneatur.

a *In ordinem.* decurionum: quia tutorum datio ad eos non ſpectabat, niſi in caſu: vt. C. de tuto. & cur. da. ab iis. l. vbi. Accurſius.

b *Fideiuſſores eorum.* ſcilicet magiſtratuum: vt infra ad municip. l. ij. §. j. Sed contra hoc quod dicit de fideiuſ. eſt. C. eo. l. j. Sed ibi loquitur de fideiuſſo. qui dati erant magiſtratui pro ſua indemnitate: hîc de his quos dedit magiſtratus reip. pro damnis ei illatis.

Futura

a *Futuros caſus*. ſic.j. de admi.rerum ad ciui. perti.l.ij.§. ſi eo. &.ſ. de neg.geſt.l.litis.§.ſi pecuniam.&.ſ.de admini.tu.l.etiam. Sed cõtra.j.eo.tit.l.Lucius.§. Sempronij. Solu.vt ibi.

b *Agi poteſt*. ſcilicet finita tutela : vt ſupra de tut. & ra.. diſtra.leg. niſi. & facit.Cod. de diui. tu.leg.j.

c *Fuiſſe*.quia enim hodie ſunt non ſoluendo, præſumuntur ſic retro fuiſſe : quod dic vt.ſ.de proba.l.non eſt neceſſe.

d *Priuilegium*.perſonale vel hypothecæ.Accur.

e *Exigere*. à fideiuſſoribus, ſubaudi.

f *Seruus*. poteſt intelligi in vero ſeruo, vel in tabellione, qui ſeruus eſſe nõ poteſt : vt.C. de tabu.l. generali. li. x. & ſic dicitur ꝙ cuilibet de populo ſeruit. ſic ponitur.ſ.de adop.l.non aliter. & facit ad. §. j. rem pupil.ſal.fo.l.ij.&.l.non quæritur. &.ſ. de pac.l. item magiſtri. &. ſ. de cõſti. pecu.l.eum qui.§. ſi actori. &.ſ. de adminiſt. tuto. le. quoties. in prin. & ſupra de ꝓcu.l. mutus. §. ſi procurator.

† Iſte. §. eſt ſingu. ſecundum Bart. nec reperitur alibi ſecundũ Dy. ideo not.

g *Rem*.pupilli,non pupillum:vt.ſ.l.j.in prin.

* in præſentia,in victorino exemplari.

h *De peculio*. vt ſupra de pecu.l. licet.§.fi. Sed cõtra.C.quod cum eo.l. j.in fi.vbi dicit inſolidũ. Sol. ibi datus fuit tutor filius: hîc ipſe alium dedit. Item cõtra infra ad muni. l. ij. §. penul. vbi æquiparat patrem fideiuſſori [a] qui interceſſit apud rempublicam:ſed fideiuſſor nullo modo tenetur:ergo nec pater: vt ibi dicit.Reſpon.non tenetur pater vt fideiuſſor pupillo ſuo nomine, vel de ſuo aliquid dare, ſed nomine filij, & vt pater, & de bonis filij, ſcilicet de peculio : vt hîc dicit : licet alij hîc ſomnient in Parnaſſo.

a] Non tamen quantũ ad omnia: ſed quomodo differat & in quibus vide ad longum per do. Alexan. de Imol.in.l.cũ filius.in prĩci.j.de verb. oblig.

PRoponebatur.] CASVS. Magiſtratus dederunt duos tutores, & ab eis ſatiſda.nõ exegerunt. vnus tutorum deceſsit pauper:pu.egit contra alium : & exegit eum inſolidum.vult ille tutor agere contra magiſtratus qui nõ exegerũt ſatiſdationem.Certè ſi ſciuit tutor inſolidum conuentus à tutore mortuo nõ exactam ſatiſdationem,non aget contra magiſtratũ.aliàs ſic.& hoc dicit cũ.l.ſeq.

†Iſta lex reputatur ſing. nec reperitur alibi, ſecundũ Bart. hic.

ſi ſatis exegit,& idoneum exegit: quamuis poſtea facultatibus lapſi ſint tutores vel fideiuſſores, nihil eſt quod ei qui dedit imputetur.Non enim debet magiſtratus futuros [a] caſus & fortunam pupillo præſtare. Sed & ſi ſatis non exegit,idoneus tamen tutor eo tempore fuit quo tutelæ agi poteſt,[b] ſufficit. B Probatio autem non pupillo incumbit,vt doceat fideiuſſores ſoluendo non fuiſſe cum acciperentur : ſed magiſtratibus, vt doceant eos ſoluendo fuiſſe. [c] Priuilegium [d] in † bonis magiſtratus pupillus non habet : ſed cũ cæteris creditoribus partem habiturus eſt. Exigere [e] autem cautionẽ magiſtratus ſic oportet, vt pupilli ſeruus, [f] aut ipſe pupillus ſi fari poteſt, & in præſentiarum * eſt, ſtipuletur à tutoribus, item fideiuſſorib⁹ eorum, C rem [g] ſaluam fore.aut ſi nemo eſt qui ſtipuletur, ſeruus publicus ſtipulari debet rem ſaluã fore pupillo : aut certè ipſe magiſtratus. Planè vbi ſeruus publicus vel ipſe magiſtratus ſtipulatur : dicendum eſt vtilem actionem pupillo dandam. Si filiusfamilias fuerit magiſtratus,& caueri pupillo non curauerit, aut nõ idoneè cautum ſit culpa eius: an & quatenus in patrem eius actio danda ſit, quæritur. Et ait Iulianus in patrem de peculio [h] D dãdam, ſiue voluntate eius filius decurio factus ſit,ſiue non. Nam etſi volũtate patris magiſtratum adminiſtrauerit, attamen non oportere patrẽ vltra quàm de peculio conueniri: quaſi rempublicam ſaluã ſolam fore promittat, qui dat voluntatem vt filius decurio creetur.

Tutor non habet actionem cõtra magiſtratum qui dedit contutorem non ſufficientem : licet ipſe tutor pro contutore ſuo pupillo ſatisfecerit,hoc dicit.

II. IDEM *libro tertio Diſputationum.*

PRoponebatur † duos tutores à magiſtratibus municipalibus datos [i] cautione non exacta: quorum alterum inopem deceſſiſſe, alterum in ſolidum conuentũ ſatis pupillo feciſſe. & quærebatur an tutor iſte aduerſus magiſtratum municipalem habere poſſit aliquã actionem, cum ſciret à contutore ſuo ſatis non eſſe exactum. Dicebã, cum à tutore ſatis pupillo factum ſit, neq; pupillũ ad magiſtratus redire poſſe, neque tutorem:cum nunquã tutor aduerſus magiſtratus habeat actionem,[k] Senatus enim cõſultum pupillo ſubuenit : [l] præſertim cum ſit quod tutori imputetur, quòd ſatis à contutore non exegit,vel ſuſpectum non fecit,ſi ſcit * (vt proponitur) magiſtratibus eum non cauiſſe.

* ſciuit.

III. IVLIANVS *libro vicenſimo primo Digeſtorum.*

QVod ſi tutor [m] ab hac parte culpa vacet : non erit iniquũ, aduerſus magiſtratus actionem ei dari.[n]

IIII. VLPIANVS *libro tertio Diſputationum.*

NOn ſimiliter tenentnr heredes magiſtratuum, vt ipſi [o] tenentur. Nam nec heres tutoris neglegentiæ [p] nomine tenetur. Nam magiſtratus quidem in omne periculum [q] ſuccedit: [r] heres ipſius dolo proximæ [ſ] culpæ ſuccedaneus eſt.

V. IVLIANVS *libro vicenſimo primo Digeſtorum.*

DVo tutores partiti ſunt inter ſe adminiſtrationem tutelæ. alter ſine herede deceſſit. quęſitum eſt,in magiſtratum qui non curaſſet vt caueretur, an in alterum tutorem actio pupillo dari deberet. Reſpondi,æquius eſſe in alterum tutorem dari,quã in magiſtratum. debuiſſe enim eum, cùm ſciret pupillo cautum non eſſe vniuerſa negotia curare : E & in ea parte quam alteri tutori commiſiſſet, [t] ſimilem eſſe ei qui ad adminiſtrationem quorundam negotiorum pupilli non acceſsiſſet. Nam &

i *Datos*. iuſſu præſidis : non aliàs hoc iure. hodie quandoque ſecus : vt inſtit. de Attil.tu.§.ſed hoc iure.

k *Habeat actionem*. de ſtricto iure. de æquitate quandoque ſic: vt infra.l.proxi.& ſic non abundat præſertim, de ſtricto iure : quaſi diceret, etiam ſi non eſt in culpa, non datur actio. & ſic eſt cõtra infra.l.proxi. Sed ibi eſt de æquitate : quod eſt infra. Vel dic, non habet vnquam : cùm &c.& abundat præſertim : vt aliàs maximè: vt.C.de teſta.ma.l.fina.§.ij.

l *Subuenit*. dumtaxat quaſi non tutori, ſed contra magiſtratum: A ſcilicet vtili actione. Accurſius.

m QVod ſi tutor. cum ſuperiori continuatur.

n *Actionem ei dari*. ſcilicet tutori cum ei imputari nõ poteſt, quòd ſatis &c. vt dixi.ſ.in.l. proxi. Accurſius.

NOn ſimiliter.] CASVS. Si magiſtratus malum det tutorẽ, & decedat, heres eius non tenetur eodem modo pupillo ſicut ipſe tenebatur. nam tenebatur de omni culpa, heres autem eius tantùm de dolo & lata culpa magiſtratus, ſicut euenit de herede. Viuianus.

o *Vt ipſi*. ſcilicet magiſtratus. Accurſius.

p *Negligentiæ*.id eſt nomine culpæ defuncti : quod dic vt.ſ.titu.j.l.cũ oſtendimus. Accurſius.

Negligẽtia culpę annumeratur.

q *Omne periculum*.id eſt omnem culpã. ſic.ſ.depoſi.l.j.§.ſæpe. nõ enim caſum præſtat : vt infra de admini.rerum ad ciui.perti.l.ij.§.ſi eo.& facit.l.magiſtratus.

r *Succedit*. id eſt obligatur. ſimile verbum habes.C.qui da.tut.poſſ.l. curatorem.

ſ *Proximæ*.id eſt de dolo & lata culpa defuncti tenetur, non de leui : vt C.eo.l.ij. &.j. eo. titu.l. quod ad.

DVo tutores.] CASVS. Hæc lex dicit duo. Primũ eſt tale: Magiſtratus dedit duos tutores : & ab eis non exegit ſatiſdationẽ. iſti tutores inter ſe diuiſeruntadminiſtrationem. poſteadeceſſit alter ſine herede. pupillus factus eſt adultus. quæritur, vtrum poſſit conuenire pro parte mortui cõtutorem viuum, an magiſtratũ? Et dicitur quòd contutorem. Secundò dicit: Magiſtratus dedit vnum tutorem Titio : & ab eo non exegit ſatiſdat.& tutor quędam adminiſtrauit,quædam non. Certè prius conuenietur tutor pro iis q̃ nõ adminiſtrauit,quàm magiſtratus. Viuianus.

t *Commiſiſſet*. facit. C. de diui. tut. l.ij. & infra ad muni.l.quid ergo.in fi. & ſupra de adminiſt. tuto.l.Lucius.§.cum teſtamento.&.l.tres tutores.& infra eo.l. penult. &adde quod not.ſupra de tute.& ra.diſtrah.l.j.§. nunc tractemus.

QVod ad heredem.] CASVS. Heres magiſtratus debet teneri de geſtis à magiſtratu cauſa cognita.vnde ſi nullo modo magiſtratus exegit ſatiſda. à tut.pup. debet teneri magiſtratus tanquam fideiuſſor : ideoq; relinquit heredẽ ſuum obligatum ſi autẽ exegit idoneã,& poſtea factus eſt fideiuſſor nõ ſoluendo : nõ tenetur heres magiſtratus, quia nec ipſe teneretur. ſi autẽ exegit ſatiſdationẽ non idoneam, & dolo vel lata culpa : tenetur heres:non aliàs.

a *Omitteret.* hæc eſt lata culpa magiſtratus, de qua tenetur heres: vt ſupra eo.l.non ſimiliter.
b *Teneatur.* ſicut heres fideiuſſoris.
c *Recuſaret.* vt.ſ̃.eo.l.j.§.ſi magiſtratus.
d *Euidenter.*i.cũ aliquo dolo,vel lata culpa: de quibus tenet̃: vt.ſ̃. dixi.Accurſius.

IN *magiſtratus.*] CASVS. Quæritur,an.pupill⁹ qui vult agere ſubſidiaria contra magiſtratus, poſſit vnũ eorũ exigere inſolidũ:anverò debeat eos cõuenire pro virili? Et dicitur hîc ꝙ ſi dolo vel lata culpa nõ exegerũt ſatiſda.magiſtratus: poteſt eos cõuenire inſolidum pupillus.
e *si dolo.*vel lata culpa: vt.j̃.patet.
f *Inſolidum.* nomine doli:qui nõ poteſt pro parte committi:vt.ſ̃.depoſiti.l.ſi duo.
g *Sin culpa.* aliàs eſt in litera,ſi nulla culpa,ſ.lata,quæ dolo cõparatur.
h *Dumtaxat.* id eſt ſola ſine dolo.
i *Eorum.* ſ.magiſtratuũ neq; dolo &c. & ſub. ſ. leuis & leuiſſima culpa interuenit.de quibus tenetur:vt.ſ̃.eo.l.nõ ſimiliter.aliàs eſt in litera,ſine lata culpa dumtaxat eorum &c.quæ eſt planior.& eſt idem ſenſus. & facit.C. eo.l.ſi tutor. &.ſ̃.de admi.tut.l.ſi plures.&.l.ſi pupillus.

MAgiſtratus.] CASVS. Dederunt tutores cuidã pupil.magiſtratus,& non exegerunt idoneã cautionẽ. vnus magiſtratuũ mortu⁹ eſt ſine herede.Certè alter conuenietur inſolidum.Viuianus.
k *Exegerũt.*minus idoneè.Accurſius.
l *Ex his.* ſ.curatoribus: vt.ſ̃.eo.l.duo. Vel dic.i. magiſtratibus: vt.C.eo. l.ij.& facit.ſ̃. eod.l.j.§.ſi magiſtratus.

ſi aliquam partem negotiorum pupilli adminiſtrauerit, tenetur etiam ob rem quam non geſſit, cum gerere deberet.

Si magiſtratus nullam exegit cautionem à tutore, tenetur etiã heres eius: ſi autẽ exegit cautionem idoneam, & poſtea factus eſt fideiuſſor non ſoluendo: non tenetur heres magiſtratus, ſicut nec ipſe.hoc dicit.

VI. VLPIANVS *libro primo ad Edictum.*

QVod ad heredẽ magiſtratus pertinet,extat diui Pij reſcriptũ,cauſa cognita debere dari actionẽ.Nam ſi magiſtratus tãta fuit neglegẽtia,vt omnẽ cautionẽ omitteret: [a]æquũ eſt haberi eũ loco fideiuſſoris,vt & heres eius teneatur. [b] Si verò cauit, & tunc idonei fuerũt, & poſtea deſierunt:ſicut (&) ipſe magiſtratus probè recuſaret [c] hanc actionẽ, ita & heres multo iuſtius.Nouiſſimè nõ aliàs ait in heredẽ actionem dandam,quàm ſi euidẽter [d] magiſtratus cum minus idoneis fideiuſſoribus contrahunt.

Si dolo vel lata culpa magiſtratus non exegerunt cautionem, tenentur inſolidum pupillo:alias pro virili.hoc dicit.

VII. CELSVS *libro vndecimo Digeſtorum.*

IN magiſtratus qui tutorẽ dederunt, rogo reſcribas vtrum pro virili portione actio danda ſit:an optio ſit eius qui pupillus fuit, cum quo potiſſimum agat. Reſpondit,Si dolo [e]fecerũt magiſtratus vt minus pupillo caueretur:in quem vult actio ei dãda in ſolidũ [f]eſt.Sin [g]culpa dumtaxat [h]eorũ, [i] neque dolo malo id factũ eſt:æqui⁹ eſſe exiſtimo, pro portione in quemq; eorũ actionẽ dari,dum pupillo ſalua res ſit.

VIII. MODESTINVS *libro ſexto Reſponſorum.*

MAgiſtratus à curatoribus adulti cautionem exegerunt [k]rem ſaluam fore.Ex his [l] alter ſine herede deceſſit. quæro an indemnitatem in ſolidum collega eius præſtare debeat.Modeſtinus reſpõdit,nihil proponi cur non debeat.

Vſuræ poſſunt à magiſtratibus exigi eo pacto quo exiguntur à tutoribus, quando cõueniuntur actione tutelæ.

IX. IDEM *libro quarto Pandectarum.*

AN in magiſtratus actiõe data, [m]cum vſuris ſors [n]exigi debeat:an verò vſurę peti nõ poſſint, [o]quoniã conſtitutũ eſt pœnarum [p]vſuras peti non poſſe, quæſitum eſt. Et reſcriptum eſt à diuis Seuero & Antonino,& vſuras peti poſſe: [q]quoniam eadẽ in magiſtratus *actio [r] datur,quæ competit in tutores.

*Flo. magiſtratibus.

DE REBVS EORVM qui ſub tutela vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis vel ſupponendis. †

† effictum ad morem Græcorum περὶ τοῦ μὴ ὑποθέσθαι. vide Bud.l. pen.ſ̃.de pignorib.

## TITVLVS IX.

I. VLPIANVS *libro trigeſimoquinto ad Edictum.*

IMperatoris Seueri oratione * prohibiti ſunt tutores &

* anno vrbis. 944.

r *Actio.* ſcilicet tutelæ vtilis.idem tamen ſi erat curator:quia dabitur in magiſtratus vtilis nego.geſto.Vel dic ſecũdò eadem quo ad genus,non eadem quo ad ſpeciem: cum ibi tutelæ, hîc in factum ſubſidiaria.ſimile idem quo ad genus,diuerſum, quo ad ſpecies.ſ̃. ſi cer.peta.l.ij.in princip.& arg.j̃.de duo.reis.l.iij,in fi.

DE REBVS EOrũ qui ſub tutela vel cura ſunt,ſine decreto &c.

*Sequitur aliud* S.C. *ex quo nõ quod geſſerit in tutorẽ curatoremve actio eſt, ſed quod geſsit ipſo iure nullũ eſt,videlicet ſi prædia ruſtica vel ſuburbana vel eorũ prædiorũ iura alienauerit vel obligauerit ſine decreto prætoris aut præſidis. Idẽ ex Cõſtitutione Cõſtãtini ſi prædia vrbana. De rebus igitur,i.de prædiis. & ſupponẽdis,i.pignori obligãdis.Cornutus in illũ locum, Me tibi ſuppoſui, tãquã aliquod pignus, inquit. Superioris* S.C.*auctor fuit Traianus.l.pen.* C. De *mag. con. Huius autem Seuerus & Antoninus Cuia.*

IMperatoris.] CASVS. Imperator Seuer⁹ fecit quãdã orationem & eam inter ſenatores recitauit:in verbis cuius orationis continetur ne tuto. vel curato. pupillorum diſtraherẽt prædia ruſtica pupillorũ vel etiam ſuburbana.permittebat tamen dicta oratio diſtractionem prædictarum rerum in caſibus. Vnus eſt, ſi parentes prædictorum pupillorum dixerũt in teſtamẽto eorum quòd fieret diſtractio dictarum rerum: vel etiam in codicillis. Secundus eſt, ſi tantum æs alienum imminet pupillo, quod ex cæteris rebus non poteſt ſolui. Tertius eſt, ſi pupillus habet prædiũ commune cum alio: & ſocius prouocat tutores & curato. ad diuiſionem. nam diuiſio dicitur alienatio. Quartus eſt, ſi creditor cui pater pupilli obligauit prædium,vendat illud ſecundum pactum vel legem.Quid ſi pater pupil.conſueuerat prædia emere & reuendere: nunquid prædia quæ emit pater,poterunt tutores vel curatores vẽdere?Et certè nõ niſi pater hoc iuſſiſſet:vt dictum eſt ſupra. [SI MINOR.] Titius minor.xxv.annis emit duo prædia à Seio maiore,& ei Titio tradita fuerunt:& ſic dominium eorum fuit ei acquiſitum:& Seius vẽditor habuit ei Titio taliter fidem de pretio, quia conueniunt ſimul,vt donec Titius emptor ſolueret ei pretium, Seius venditor teneret prædia loco pignoris. nunquid valet talis pignoris conſtitutio? Et dicitur quòd non. &eſt ratio: quia poſtquam dominiũ eſt acquiſitum minori, iam cœperunt illa prædia non obligari poſſe. Sed opponitur ad id quod dixi pignus non valere. nonne pignus quæſitum fuit venditori prædicto cum domino,id eſt eodem tempore quo tranſlatum eſt dominium prædiorum in dictum Titium emptorem? Certè ſic. ergo videtur quod valeat obligatio: quia non fuit ante quæſitum minori emptori dominium prædiorum, quàm ſecuta fuerat obligatio pignoris eorundem prædiorum: imò vno & eodem tempore fuit tranſlatum dominium in emptorem, & pignus in venditorem. & ſic non videtur habere locum ratio huius. §. ibi, nam vbi dominium &c. Sed certè hæc oppoſitio non nocet:quia quocunque tempore dominium

AN *in magiſtratus.*] CASVS. Tutorẽ pupillo dedit magiſtratus, & nõ exegit idoneã ſatiſda.tutor adminiſtrauit malè in tãtũ ꝙ tenetur pup.in.x.pro ſorte,& in quinq; pro vſuris:poſtea factus eſt tutor nõ ſoluẽdo:& ita pupillus cõuenit magiſtratũ & pro ſorte ſibi debita à tutore,& pro vſuris,id eſt pro. xv. quæritur vtrum magiſtratus teneatur ad vſuras omniũ.xv?Et videtur ꝙ non: quia. v.fuerunt vſuræ,& vſuræ vſura peti non poteſt. Sed reſpon. quòd ſic:quia omnia.xv.ſunt facta ſors in perſona magiſtratus:quamuis. v.ex illis.xv.eſſent vſura quo ad tutorem. Viuianus.
m *Actione data.* pupillo in factum,ſcilicet ſubſidiaria.
n *Sors.* ſcilicet in quantum tenetur tutor.nam ad idẽ tenetur magiſtratus in ſubſidium.Accurſius.
o *Non poßint.* quod videtur,quoniam &c.
p *Pœnarum.* quod exigitur à magiſtratu,pœna eſt quo ad eum.& per hoc videbatur excuſari ab vſuris:vt hîc &.C.de fiſc.vſu.l.j. lib. x.Vel dic pœnarum,id eſt vſurarum.q.d. ſicut aliàs non præſtatur vſura vſuræ,vt eſt conſtitutum:ita nec vſura huius pœnæ.pro quo eſt.ſ̃.de neg.geſt.l.qui ſine.vbi vſuram vocat pœnam.
q *Poſſe.* j̃.ad muni.l.Lucius.§.Paulus.contra. vbi nõ tenetur alius in vſuris pro officiali.Sol.hîc ipſimet magiſtratus geſſerunt rẽpub. & ſic tenentur reipub.pro ſe, non pro alio:quod non credo: quia quo ad pupillum hîc loquitur.Dic ergo quòd hîc tenetur pupillus ad vſuras:ibi vero reipublicæ.Vel ſolue vt ibi.

minium ſit quæſitum emptori minori, nunquam poteſt obligari. Imperatoris tamen reſcriptum ſuper hoc impetratum à venditore, bene facit pignus confirmari. Item valet dictum pignus ſi fiſcus fuiſſet qui tali meo minori Titio vendidiſſet. Item valeret pignus in hoc alio caſu: ſi tutor ſeu pupillus emit fundum dicto ſuo pup. ex pec. Titij alterius pupil. & fuit traditus fundus dicto Seio pup. vel dicto ſuo tutori: ſicque dominium eius acquiſitum ex dicto Seio pupillo: nunquid habebit tacitum pignus in dicto fundo Titius pupillus ex cuius pec. emptus fuit? Et dicitur quòd ſic & hoc dicit vſq; ad primum. § illius. l. ſed ſi pecunia. & ita ponuntur hîc quatuor caſus. ĩ primo nõ valet pignus: in aliis ſic. Viuianus.

curatores [a] prædia ruſtica vel ſuburbana diſtrahere. Quæ oratio in ſenatu [b] recitata eſt Tertyllo & Clemente conſulibus, idibus Iuniis: & ſunt verba eius huiuſmodi: *Præterea patres cõſcripti interdicã tutoribus & curatoribus* [c] *ne prædia ruſtica vel ſuburbana* [d] *diſtrahant: niſi vt id fieret, parẽtes teſtamento vel codicillis cauerint.* [e] *Quod ſi forte æs alienum* [f] *tantum erit, vt ex rebus cæteris nõ poßit exſolui: tunc prætor vrbanus vir clarißimus adeatur, qui pro ſua religione æſtimet quæ poßint alienari, obligarive debeant: manente pupillo actione, ſi poſtea potuerit probari obreptum* [g] *eſſe prætori.*

Res propter diuiſionem poteſt ſine decreto alienari: aut cum pater pupilli prius eam obligauit, & creditor vendit.

*Si communis res erit, & ſocius* [h] C *ad diuiſionem prouocet: aut ſi creditor qui pignori agrum à parente pupilli acceperit, ius exequetur,* [i] *nihil nouandum cenſeo.* [k]

Volũtas defuncti volẽtis dũ viueret rẽ vẽdere, nõ facit rẽ poſſe ſine decreto alienari poſt mortẽ: niſi hoc dixit in teſtamento. h. d.

Si defunctus [l] dum viueret, res venales habuerit, teſtamento tamen non cauerit vti diſtraherẽtur: abſtinendum erit vẽditione. Non enim vtique qui ipſe voluerit vẽdere, idem etiam poſtea diſtrahenda putauit. D

a *Curatores*. pupillorum non adultorũ: vt. j̃. proxi. dicam.

b *In ſenatu*. & ideo quãdoq; vocatur ſenatuſc. vt. C. eo. l. j. quandoque oratio: vt. C. de cura. fu. l. ij.

c *Et curatoribus*. pupillorum, ſecundum Ioan. quia & ipſi quandoq; habent curatorẽ: vt inſti. de curat. §. interdũ. nam ad curatores adultorum & aliorum porrigitur ſententia, non verba: vt. j̃. eo. l. qui neque. §. j. licet hæc litera videatur cõtra. & . C. eo. l. j. de cura. fur. l. ij.

d *Suburbana*. vt orti in ciuitate: vt. C. eod. l. ſi prædium. hodie idẽ eſt in vrbanis & omnibus rebus quæ poſſunt ſeruari: vt. C. de adminiſtra. tuto. l. lex quæ tutores.

e *Cauerint*. tunc etiam ſine decreto: vt hîc &. C. quando decret. opus non eſt. l. j. & . j̃. eo. l. magis. §. ſi fundus. etiam ſi eſt irritatum: vt infra eo. l. fina. dum tamen ſeruet formam in teſtamento datam: vt. C. de adminiſtra. tuto. l. tutelam.

f *Alienum*. vt. C. eo. l. ob æs. Et nota tria neceſſaria, decretum, & cauſam alienandi, puta æs alienum, vt hîc. item præſentiam tutoris vel curatoris: vt. C. ſi propter pup. penſi. l. fi.

Obrepere quid ſit.

g *Obreptum*. vt. j̃. eo. l. magis. §. pe. & dic id eſt per mendacium impetratum à prætore vt alienetur.

h *Socius*. ſcilicet maior. alioquin ſecus: vt infra eo. l. ſi pupillorum. & . C. eo. l. inter omnes. & argu. C. de fun. do. l. fina. aliàs eſt in litera, maior.

i *Ius exequetur*. quia vẽdidit: vt. j̃. eo. l. ſi pupillorum. §. ſi pupillus. & . C. ſi aduer. ven. pig. l. ij. vbi plenè nota.

k *Cenſeo*. quia poterit hoc fieri ſine decreto. & hucuſque ſunt verba orationis. Accurſius.

l *Si defunctus*. Nota non ſpectari conſuetudinem patrisfamilias ſic ſupra de offic. præſid. l. ſed licet. Sed argument. contra. C. de epiſcop. audien. l. iij. in princip. & ſupra de pigne. act. l. vel vniuerſorum. & . Cod. de verborum ſignificatione. l. j. & de ædil. edict. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua eſt.. ADDITIO. Dic quod hîc non erat conſuetudo, ſed præſumptio tacitæ voluntatis: cui non ſtatur: quia fortè patri erat vtile, pupillo inutile. hîc non erat conſuetudo, ſed opinio & animi deſtinatio, ſecundum Bald. hîc facit iſte. §. quod licet pater diſpoſuiſſet ire ad ſanctum Iacobum, filius tamen non tenetur ire, nec mittere: niſi ipſe in teſtamento præceperit: vt extra de voto. c. ij.

m *Emerit*. & per traditionem acceperit, vt apparet per ſequentia.

ſed ante traditionem bene tenet loco pignoris: vt ſupra de act. empt. & vendi. l. Iulianus. §. offerri. & de heredi. vendi. l. ſi hereditatis. A Vel dic quod eo ipſo quod in pignus accepit, videtur tradere: vt argu. C. de donat. l. quiſquis. Accurſius.

n *Vbi*. id eſt poſtquam.

Statim poſtquam res minoris eſſe cœperit, ita efficitur vt obligari vel alienari nullo modo ſine decreto poſſit. Bartolus.

Si minor vigintiquinque annis emerit [m] prædia, vt quoad pretiũ ſolueret, eſſent pignori obligata venditori: nõ puto pignus valere. Nã vbi [n] dominiũ quæſitũ eſt minori, cœpit non poſſe obligari. B

II. PAVLVS *libro ſingulari ad Orationem diui Seueri.*

SEd hîc [o] videtur illud mouere, [p] quòd cum dominio [q] pignus quæſitum eſt, [r] & ab initio obligatio inhæſit. Quòd ſi à fiſco emerit: [s] nec dubitatio eſt quin ius pignoris ſaluum ſit. Si igitur talis ſpecies [t] in priuato vẽditore ĩciderit, ĩperiali beneficio opus eſt vt ex reſcripto pignus cõfirmet.

Fundus emptus pupillo & traditus pecunia alterius pupilli, eſt C obligatus illi pupillo cuius pecunia fundus eſt emptus. h. d.

III. VLPIANVS *libro trigeſimoquinto ad Edictum.*

SEd ſi pecunia alterius pupilli alteri pupillo fundus ſit comparatus, iſque pupillo vel minori traditus: an pignoris obligationem poſſit habere is cuius pecunia fundus ſit emptus? Et magis eſt vt ſaluum ſit ius pignoris, [u] ſecundum conſtitutionem Imperatoris noſtri & diui patris eius, D ei pupillo cuius pecunia comparatus eſt fundus. Pignori tamen capi iuſſu magiſtratus vel præ-

o *Sed hic*. i. in caſu ſuperioris. l.

p *Mouere*. ſcilicet cõtra pupillum.

q *Dominio*. aliàs dominio. aliàs domino.

r *Quæſitum eſt*. id eſt dominium abſolutum nõ habuit, ſed vt pignori eſſet apud venditorem quoad hic minor emptor ſolueret pretium.

ſ *Emerit*. ſcilicet pupillus: vt. C. in quibus cau. pig. ta. contra. l. ij.

t *Talis ſpecies*. vt ſupra eod. l. proxi. dixi.

SEd ſi pecunia.] CASVS huius legis in princ. ſatis patuit in fine caſus præcedentis. [PIGNORI TAMEN.] Dicti ſunt quatuor caſus ſupra eod. l. j. §. in quibus poteſt tutor vel curator vendere minoris prædia. modo videas alios quĩque, in quibus valet alienatio vel obligatio ea ratione, quia non fit ex tutoris vel curatoris voluntate, ſed ex auctoritate magiſtratuum. Vnus caſus eſt cum ex cõtractu paterno pupillus conuenitur: nam tunc poteſt fundus pupillaris pignori capi, & diſtrahi iuſſu magiſtratus. Item ſi conuenitur ex ſuo contractu, bene poteſt procedere miſſio in poſſeſſionem in fundo pupillari. Secundus caſus duos comprehendit, & eſt vnus quando pupillus non ſoluit legata vel relicta ab eo à quo inſtitutus fuit. nam poterunt legatarij mitti in poſſeſſionem legatorum ſeruandorum cauſa. Tertius eſt quando ædes minoris minantur mihi ruinam: & non vult cauere mihi de damno infecto. nam debeo mitti in poſſeſſionem ædium ruinam minantium. & in his duobus caſibus poteſt iudex ſiue prætor procedere ad ſecundum decretum. Quartus eſt caſus quando tutor pupilli petebat à Titio fundum pupilli ſui, & Titius non reſtituit, imò litis æſtimationem obtulit. Certè alienatus eſt fundus in Titium, & valet alienatio. Quintus caſus eſt quando Titius petebat à me tutore cuiuſdam pupilli fundum ipſius pupilli. & condemnatus fui, & reſtitui fundum. Certè & hic valet alienatio. [SI IVS.] E Pupilli prædium habet ſeruitutem in prædio vicini. nunquid poteſt diſtrahi illud ius à tutoribus pupilli? Et dicitur quod non, quamuis oratio quæ eſt ſupra. l. j. de hoc locuta non fuerit. Et idem eſt ſi pupillus habeat vſumfructum in prædio Titij. ſed ſi proprietatem plenam habeat pupillus in aliquo fundo, vſum vel vſumfructum alienare non poteſt. Item non poteſt fundo pupilli imponi ſeruitus, nec remitti ſi ei debeatur. ſed & ſi pupillus habeat lapidicinas, vel aliquid aliud ſimile: impeditur alienatio. & hoc vſque ad primum. §. in. l. magis. Viuianus.

u *Ius pignoris*. vt ſupra qui po. in pig. ha. l. idemque. & dic vt ibi not. Et nota duo. rem emptam alterius pecunia, eſſe ei obligatam quod eſt ſpeciale: vt. C. arbit. tut. l. curatorem. & de ſer. pig. da. l. ſi creditoribus. Item priuilegiatus contra priuilegiatum priuilegio vtitur. ſic. ſ̃. de mino. l. verum. §. fin. & quib. ex cau. ma. l. fi. Accur.

UNED